

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110**

Exercitationes theologicae - Ettenheim-Münster 109 - index omnium in  
univ. theol. 4 tomis distincta contentarum

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Exercitatio septima

[urn:nbn:de:bsz:31-111021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111021)

De Scientia Media.

Ad cap. 9. §. 3. n. 174. et seq. part. 1. Tract. 1. De Deo  
Uno et Trino. Tom. 2.

Nomine Scientia media intelligitur cognitio, quæ Deus ante decretum sue voluntatis explorat et certò providet, quid ex innata sua libertate acturum sit liberum arbitrium, si cum istis et istis auxiliis in tali vel tali circumstantiarum serie ponatur, quinam gratia bene usuri sint, quinam abuteri; atque hinc dirigitur, ut si velit ipsum se ipsa consentire, tales apponat circumstantias, sin' minus alias.

Dicitur Scientia media, quia mediat inter Scientiam Dei necessariam et liberam; vel, ut alii volunt, quia mediat seu media est inter Scientiam simplicis intelligentia, et Scientiam visionis; ita tamen, ut de utraque particeps: nam in hoc convenit cum Scientia simplicis intelligentia, quod sit in Deo independentè ab omni decreto libero actu existente; in hoc autem Scientiam visionis imitatur, quod, sicut ista, versetur circa veritates contingentes, quæ scilicet possunt esse vel non esse.

Ut autem clarè aperiat status hujus celeberrimæ questionis, quæ Thomistas inter et Recentiores agitatur, et quæ olim coram Clemente VIII. et Paulo V. Romanis Pontificibus in Congregatione de auxiliis inter Patrem Thomam de Lemos Thomistarum sententia propugnatores, et Patres Gregorium de Valentia ac Ferdinandum de Vastida Scientia media defensores sapientè pertractata fuit, quedam necessariò sunt præmittenda.

§. I.

Quedam præmittuntur ad uberiores dicendorum notitiam.

Notandum 1<sup>o</sup>: Totum hujus questionis pondus in hoc positum esse, an scilicet cognitio futurorum conditionatorum ipsa cognitio in Deo certa est et infallibilis: sit prior decreto, et ab illo independentè, vel illo posterior et in eo fundata? Sive, an Deus cognoscat actus nostros liberos ut conditionatè futuros, v. g. conversione Petri, si ponatur in talibus aut talibus circumstantiis, priusquam divina voluntas habeat decretum actuale absolutum ex parte subjecti, et conditionatum ex parte objecti, quò definiat ac determinet talem conversionem, si Petrus in hac vel illa circumstantiarum serie ponatur: pro cuius meliori intelligentia

Not. 2<sup>o</sup>: Quod licet Scientia media defensores prævium quoddam decretum generale ac indifferentè conueniendi

cum causis liberis, si illi volint, vel ad quodcumque voluerint, ad-  
mittant; negant tamen omne decretum determinatum  
et de se efficax, quod Deus antecedenter provisionem nostri con-  
sensu absolute vel conditionate determinet, quid homo factu-  
rus sit, et quod provisionem nostrorum actuum prioritate na-  
turae et causalitatis antecedit; tale enim decretum libertati  
creatae repugnare existimant.

92 4  
119. Not. 3<sup>o</sup>. Quod, quamvis C. B. Societatis Jesu communiter sci-  
entiam mediam propugnent, tamen in assignando medio,  
in quo hujusmodi scientia fundetur, inter se discrepant.  
Molina et Becanus existimant Deum hujusmodi futura co-  
gnoscere antecedenter ad hunc decretum in causis secundis et  
in quadam eminentissima liberi arbitrii cognitione, quam hu-  
percomprehensionem vocant. Suarez et Fonseca in de-  
creto cognito ut futuro in sequenti signo ditionis. Theophy-  
lus Raynaldus in voluntate humana nude et solitaria sen-  
ta et sine communi divinis considerata. Alii vero in eorum  
veritate objectiva independentem a quolibet decreto.

120. Not. 4<sup>o</sup>. Duplex duntaxat esse scientia media officium,  
1<sup>um</sup> ut Deus dirigatur in suis decretis absolutis formandis.  
2<sup>um</sup> ut explicetur quomodo salva et integra remaneat  
libertas humana cum decretis Dei absolutis et gratia efficaci,  
non autem, prout quidam scientia media propugnatoribus fal-  
so objiciunt, ut sit motuum gratiam contemendi iis, quos pra-  
videt esse bene viros; nam gratia in eorum sententia ex mera  
Dei benignitate confertur.

121. Not. 5<sup>o</sup>. In systemate sententia Thomistica a quibusdam  
hunc adstrui decretorum ordinem ac seriem. 1<sup>o</sup> Deus sua sci-  
entia simplicis intelligentiae videt omnes res possibili-  
cunque modo, omnem voluntatem tam quoad modum agendi  
quam quoad omnes suos effectus et actus liberos, infinita item  
salutis media, p. 2<sup>o</sup> Voluntate antecedente Deus vult  
omnium salutem, ac propterea omnibus preparat ac sub-  
ministrat auxilia sufficientia. Deinde absolute et efficaci  
decreto alios efficaciter ad gloriam praedestinat, alios, saltem  
negative, reprobat. 3<sup>o</sup> Absolute decreto hunc sta-  
tuit illa auxilia gratiae ex se se efficaciis his vel illis homi-  
nibus tribuere, alios vero ea, quae duntaxat sunt sufficientia.  
4<sup>o</sup> Vult etiam plura ut futura positis istis vel istis circum-  
stantiis aut conditionibus. 5<sup>o</sup> Decernit, ut adimpleatur  
conditio, siquae effectus sit futurus hunc tempore existens in  
rerum natura; vel vult, ut conditio non purificetur, uti  
erat in conversione Tyrionum sub conditione predicationis  
et miraculorum Christi. 6<sup>o</sup> Denique sequitur scientia  
visionis, qua Deus intuetur quid quid se se a facturus esset,  
si aliqua ponatur conditio; quamquam, secundum quosdam,

si conditio nunquam sit ponenda, futurum huiusmodi ad Sci-  
entiam simplicis intelligentia pertineat.

Not. 6<sup>o</sup> In Systemate Scientia media, quoad decretorum di-  
vinarum ordinem sic procedi: 1<sup>o</sup> Per Scientiam simplicis in-  
telligentia infinitos propemodum rerum ordines, quos statuere  
possit, Deus intuetur. 2<sup>o</sup> Inter illos varios ac posibles  
ordines istum elegit, in quo Angelos et homines ad finem  
supernaturalem evertit. 3<sup>o</sup> Providit, ac permisit lap-  
sum Angelorum et hominis. 4<sup>o</sup> Homini, non autem  
Angelo, reparatorem ac redemptorem Christum destinavit,  
et omnibus hominibus, quos generali et antecedente linea  
voluntate vult salvos facere, preparavit saltem  
generalia quaedam gratia sufficientis auxilia, quibus  
ad salutem eternam pertingere possent, si vellent. 5<sup>o</sup>  
Per Scientiam conditionatorum, qua Media dicitur, videt  
Deus, quid homo facturus est, si in his vel illis circumstan-  
tiis, cum his vel illis auxiliis constitueretur. 6<sup>o</sup> In-  
ter multa auxilia divina, quibus homo vel consensus,  
vel non consensus providetur, ea Deus misericorditer da-  
re absolute decreto decrevit, quibus se ipsa homo est con-  
sensus: qua certe gratia in ratione boni ac beneficii  
ex se efficax est, quam Deus ex merito suo beneplacito largitur  
in his vel illis circumstantiis sic accommodatam et atten-  
peratam, ut effectum suum infallibiliter sortiatur. Abs-  
olutum autem decretum istud in eo Systemate sequitur, et  
non antecedit Scientiam conditionatorum, ut patet.

7<sup>o</sup> Denique per Scientiam visionis Deus certe et infalli-  
biliter videt quidquid homo divina gratia promittitur  
in tempore facturus est.

Not. 7<sup>o</sup> In hoc Systemate recte defendi insurabile 123.  
predestinationis ad gratiam efficacem arcanum; atque  
merito exclamari cum Apostolo, O altitudo, p! Cur enim  
Deus uni eam gratiam conferat, cui eum esse consensu-  
rum providet, alteri vero denegat, O altitudo! curi duo-  
bus peccatoribus huic, tametsi gravissimis sceleribus im-  
plicato congruam et efficacem gratiam potius conferat  
quam alteri, qui non ita malus est, atque gratia, hinc  
daretur, obtemperaret, O altitudo p! Quin  
et ipsa etiam efficax predestinatio ad gloriam in eo syste-  
mate ex aequo defenditur fieri vel ante vel post previsa  
merita: postquam enim Deus sua Scientia media explora-  
verit, quid voluntas libera in his vel illis circumstantiis p-  
estet futura, poterit Deus adhuc prius gloriam, quam gratiam  
decernere, prout voluit Bellarminus, Suarez, et alii; et

5 93

1294

viximus prius gratiam quam gloriam, ut Lessius, et alii contendunt. Jam

Jam utrumque Systema ob oculos ponere aggredimur, et quidem 1<sup>o</sup> Argumenta in eam producimus, quibus Scientia media impugnatur, additis illius patronorum responsionibus et Solutionibus. 2<sup>o</sup> autem etiam momenta, quibus ipsa propugnari solet, una cum Adversariorum responsionibus, p.

§. II.

124.

Proponuntur ac Solvuntur Argumenta, quibus Scientia media impugnatur.

Argumentum 1<sup>um</sup> ex Sacra Scriptura testimoniis colligitur, quibus constat nos gratis ac secundum propositum voluntatis Dei vocatos esse. Rom. 3. Justificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem, qua est in Christo Jesu. Et c. 9. Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.

Philipp. 2. Deus est, qui operatur in nobis velle et perficere. Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti. Et v. 11. In quo sorte vocati sumus predestinati secundum propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae. Item c. 2. Gratia estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, ut ne quis gloriatur. ipsius enim factura sumus creati in Christo Jesu in operibus bonis, quae preparavit Deus, ut in illis ambulemus.

In his S. Scriptura testibus sic conficitur argumentum. Qui in nobis omnia operatur, imò et ipsum velle secundum propositum suae voluntatis, qui nos creavit in operibus bonis, p. ille voluntates nostras non expectat, non explorat, an bona futura sint, sed potius eas efficit bonis per efficacem gratiam suam; sed neque eligit nos, quia praevidet nos sanctos esse futuros, verum ut simus et ipsa sancti. v. 9<sup>o</sup> p.

Resp. ad. Dis S. Scriptura testimoniis nihil aliud evincit, quam absolutam gratiae necessitatem ad omne opus bonum, quibus rectè conciliatur Scientia media. 1<sup>o</sup> quidem, non currentis est neque volentis, ex solis, sicut natura viribus, sed ex gratia Dei. 2<sup>o</sup> Deus operatur in nobis velle et perficere pro bona voluntate; quia sine gratia, quam gratis concedit, bonum nec volumus nec perficimus: ipse facit; quia adjuvat, ut faciamus, inquit S. Augustinus. 3<sup>o</sup> Elegit nos, ut essemus sancti; non quia futuri eramus sancti propriis viribus sine gratia: imò nec etiam praevisa futura sanctitas ex gratia beneficis Deo est causa, regula, et motivum, quo certè ducatur, ut gratiam ac sanctitatem largiatur; unde gratis vocati, et in operibus bonis

94

6

Secundum Dei propositum creati dicimus. 4<sup>o</sup>. Recte in hoc systemate Deus dicitur omnia operari secundum consilium voluntatis suae: licet enim praevideat, quid homo facturus sit in hac vel illa circumstantiarum serie, cum hac vel illa gratia, non tenetur tamen gratiam illam conferre, sed ex mera liberalitate se beneplacito illam largitur.

Ad argumentum ex adductis Scripturae textibus deductum Resp. Dist. ant. In omnia in nobis operatur secundum propositum voluntatis suae, non ex nostris operibus, p. ibe voluntatem nostram non explorat, nec expectat, tanquam causam, regulam, et motivum, quo Deus certo determinatur ad gratiam concedendam, concl. Tanquam rationem, qua, nostris concipiendi modo, dirigatur prius, quam quidquam absolute statuat circa liberas hominis actiones, neg. ant. Nec sane sine fundamento, siquidem ex S. Scriptura liquet Deum in tempore actiones nostras expectare: quid est, inquit Deus Isai. 5. quod debui facere ultra vineas meas, et non feci? an quod expectavi, ut faceret uvas, et fecit labruscas? Et Apoc. 3. Ecce ego ad ostium, et pulso: si quis audierit vocem meam, et aperuerit mihi januam, introbo ad illum. Haec autem dicuntur, non quod Deus circa actiones hominum liberas sit; sed tantum ut ostendatur libertas humana, sibi que impertet homo, si Deo non obtemperet, aut ab eo se elonget.

ND

Argumentum 2<sup>um</sup>. Demum ex S. Scriptura demum, 125. nempe ex his testimoniis, quibus efficacia gratiae maxime commendatur. Ezech. 36. Dabo vobis cor novum, et spiritum meum ponam in medio vestri, et faciam ut in praeceptis meis ambulatis, et iudicia mea custodiatis. Sicut divisiones aquarum ita cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit, inclinabit illud. Huius vel maxime facit illud Philipp. 2. priori argumento jam relatum: Deus est, qui operatur in nobis velle et perficere pro bona voluntate.

- 7 95

Jam sic arguitur: Qui ex efficaci sua voluntate dat cor novum et spiritum novum, qui dat velle et perficere pro bona voluntate sua, ac cor hominis, quo voluerit, inclinatur; is non indiget explorare, quid voluntas in his vel illis circumstantiis futura sit, cum id in hac sua efficaci voluntate ac decreto clare perspiciat.

Resp. ad. Deum dare velle et perficere, dare cor novum et spiritum novum, quando ex infinitis, quae in sua potestate habet, gratia annulis, ea largitur, quibus praevidet emolliendam esse penitusque frangendam humanae voluntatis contumaciam. Unde tota vis et efficacia illius beneficii, sive in actu primo sive in actu secundo consideretur, in Deum ipsum tanquam gratiae auctorem refundi debet, non in liberum arbitrium.

trium. Non tamen in eâ solâ et hâc à pravisô liberi arbitrii consensum Deus certò pronosuit futurum et voluntatis humanae consensum; quia quantâvis supponatur vis gratiæ, voluntas ei semper dissentire potest.

Ad argumentum, p. Neg. maj. Dicit enim Deus cor illud novum et spiritum novum non ex decreto antecedente sed consequente duntaxat pravisionem futuri sub conditione consensûs voluntatis.

Inst. Deus cognoscit vim et efficaciam suorum auxiliorum, cognoscit omnes humanae voluntatis sinus, eamque, quæ voluerit, inclinare potest. Ergò necesse non habet, ut veluti extra se exeat ad explorandam hominis voluntatem in his vel illis circumstantiis positam.

Resp. Hoc quidem verum esse circa ea, quæ se solo operatur, falsum verò circa ea, quæ simul cum creatâ voluntate ad actum reducit, ut sunt actiones liberae, quas absolutè et decretoriè non prædefinit, nisi prius pravisô futuro voluntatis, sub hac vel illâ conditione, consensu. Quapropter ea, quæ Deus absolutè vult voluntate, certissime veniunt, Ipse dixit et facta sunt. non autem ea, quæ vult voluntate tantum conditionatâ; quænam modum Deus vult, et quidem verè ac sincerè omnes salvos esse, qui tamen non omnes salvi fiunt.

126. Argumentum 3<sup>ti</sup>um adhuc à sacris paginis petitum, quod hominis discretio soli Deo, neutiquam autem libero arbitrio hominis tribuitur. 1. Cor. 4. sic legitur: Quis te discernit? quid habes quod non accepisti; si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis.

Jam ponamus Petrum v. g. et Paulum in iisdem positos circumstantiis ac equalibus promissis preventos esse gratiæ adiumentis; interim tamen Petrus ex innatâ suâ libertate consentit gratiæ, Paulus verò eidem reluctatur; nunc Petrus à Paulo se discernit, et adversus eum gloriari potest, quòd libertate suâ melius fuerit usus, quàm ipse?

Resp. Ad. 1<sup>o</sup> adductum apostoli testimonium præsentis questionis haud esse accommodatum; nusquam enim fieri potest, ait Bellarminus lib. 1. de grat. et lib. arb. c. 13. ut si eandem omninò gratiam excitantem duo homines accipiant, unus credat, alter non credat; siquidem ad gratiam non solum pertinet motus, sive excitatio interna, sed circumstantia loci, temporis, personæ, p. Si enim eadem motionem accipit, unus credit, alter non credit, sine dubio unus accipit motionem eo modo, loco, et tempore, quò Deus pravisit ejus ingenio congruus; alter non ita accipit; ac per hoc longè majorem habuit gratiam is, qui credit, quàm qui non credit: qui enim non credidit, habuit gratiam, per quam posset credere; qui autem credidit, habuit gratiam, quâ posset et vellet credere.

896

Resp. 2<sup>o</sup> Quod Petrus consentiat, seius veri Paulus, non pro-  
venire in Petro ex solis natura viribus, sed vel maxime ex prin-  
cipaliter ex gratuito Dei auxilio. Unde dicitur Des tanquam  
causa nobiliori et principali attribui debet: Non ego, ait Apo-  
stolus, sed gratia Dei mecum. Quapropter Petrus neutiquam  
dici debet se à Paulo discernere, minus gloriari adversus eum.

Resp. 3<sup>o</sup> Dist. Petrus se à Paulo discernit secundum quid,  
motus scilicet ex preventus auxilio divina gratia, con. Se  
discernit simpliciter sine auxilio gratia, neg. Itaque non  
negat Apostolus, quin homo beneficio gratia preventis  
et adjuvantis se ipsum secundum quid per usum divina gratia  
discernat; sed negat id fieri posse per unum liberum arbi-  
trium sine gratia. Haec responsio desumitur ex S. Augustino  
lib. de grat. et lib. arb. c. 6. ubi, Quoniam vero, inquit, meri-  
ta humana sic predicantur: Pelagiani: ut ea ex se metipso habere  
hominem dicant, provis rectissime respondet Apostolus: Quis  
te discernit?

Resp. 4<sup>o</sup> Discretionem unius ab alio dupliciter sumi posse:  
nimirum in actu primo, et in actu secundo. In actu primo su-  
mitur, quando homo intelligitur habere auxilium efficiam, an-  
tequam intelligatur operari, seu ex ipsa gratia divina, quam  
Deus per suam scientiam mediam providit infallibiliter con-  
sentium habituram. In actu secundo autem sumitur, quan-  
do voluntas cum tali auxilio actu operari intelligitur. Quo po-  
sito, si homo sit de discretionem in actu secundo, dicitur causam for-  
malem discretionis unius ab alio esse operationem voluntatis;  
posito enim quorumque alio ante volitionem actualem non intel-  
ligitur homo discretus in actu secundo, sed tantum in actu primo.  
Causam autem efficientem magis principalem dicitur esse so-  
lum Deum mediante gratia homini data conuocentem; mi-  
nus vero principalem voluntatem qua sub gratia constitutam  
partialiter operantem.

Argumentum 4<sup>um</sup> ex Traditione et precibus Ecclesiae 127.  
petitum. Ecclesia itaque non tantum gratiam, qua  
possumus bonum operari, sed qua illud certo operemur suis  
precibus à Deo efflagitari solet, ex quo arguitur illam effi-  
caciem gratiam, per quam voluntas ad omne opus bonum effi-  
caciter movetur, omnino necessariam esse. Atqui haec non  
est in nostra potestate: quidem enim Stultius, ait S. Augusti-  
nus lib. de nat. et grat. c. 18. quam orare, ut facias, quod in po-  
testate habeas? Sed à solo Deo pendet, à quo eam postulat Ec-  
clesia, dicendo: Nostros etiam rebelles compelle propitius vo-  
luntates. Bonò, inquit, systema scientiae media dogma  
illud gratia efficacia ad singulos pietatis actus necessariò non  
admittit, nec patitur; siquidem tum voluntas non determina-  
tur à gratia, sed ubi gratia adest, iam voluntas se ad opus



pro arbitrio suo determinat, sibi tribuit boni operis effectum, sicut bonum et malum, prout libuerit, facit.

Resp. A. A. In eo, quod timentur, Systemate etiam necessarium esse gratiam efficacem seu operationis; non tamen eam, quae essentialiter sit conjuncta cum consensu voluntatis, sed eam, cui voluntas certo consensura praevideatur, et quam Deus inter multas alias, quibus homo reluctaretur, seligit, et absolute voluntate statuit conferre. Bonum sine periculo fidei negari non potest, quin voluntas hujus gratia auxilio roborata se ad opus pro arbitrio suo determinet; neque enim meri passive se habet, nec tantum agitur, sed agit, et quidem libere, consequenter pro nutu suo sibi tribuit boni operis effectum, non quidem sola, seu ex suis suis viribus, sed adjuncta gratia supernaturalis auxilio. Non tamen admittunt id, quod ultimum ponitur, scilicet sic bonum et malum, prout libuerit, facit. Quas vero aequales essent hominis vires tam ad bonum quam ad malum?

P. N.  
p. 97.

Quod si dicatur, gratiam in hoc Systemate a voluntate determinari.

Resp. Id neutiquam subistere posse. constat enim gratiam esse quandam determinationem, impulsam, et inclinationem ad bene agendum. Atque determinatio, impulsus, p. ab alio non determinatur, sed est id, quod determinat, movet, inclinat, p.

128. Argumentum 5<sup>tu</sup>m ex S. Augustino repetitur, cujus auctoritas haec in re maxime est profecto momenti, ut satis superque

\* Homines Ecclesia  
rebus, praefuit Saem-  
lo VI. ab an. Chr. 514.  
usque ad an.  
523.

declarent verba \* Homines Papae ad Possessorem Episcopum Sententis in hunc modum: Ea, quae sentit Romana Ecclesia de gratia et libero arbitrio ex libris S. Augustini maxime ad Thelarium et Prosperum cognosci possunt: scilicet de praedestinatione sanctorum, et bono perseverantia. In primis S. Augustinus efficaciam gratiae non repetit ex praevio voluntatis consensu mediante scientia media, sed ex omnipotentissima Dei voluntate; Nam lib. 1. de corp. et grat. c. 12. sic ait: Subventum est igitur infirmitati humanae, ut divina gratia inclinabiliter et insuperabiliter ageretur. Et paulo post: Gottissimo: Adams: dimisit atque permisit facere, quod volebat: infirmis servavit, ut ipse donante invictissime, quod bonum est, vellent, et hoc deserere invictissime nolent.

Lib. de praedest. Sant. c. 8. Haec itaque gratia, quae occulte humanis cordibus divina largitate tribuitur, a nullo corde respicitur: ideo quippe tribuitur, ut cordis dicitia primitus auferatur.

Denique lib. de corp. et grat. c. 14. De his, qui faciunt, quae non volunt, facit ipse quae vult, qui tamen hoc non facit, nisi per ipsorum hominum voluntates, sine dubio habens humanorum cordium, quae placeret inli-

nautorum omnipotentissimam potestatem.

Resp. 1.<sup>o</sup> Si haec verba: insuperabiliter, indeclinabiliter, invictissime, strictè sumenda essent, tunc S. Augustinus foret Calvinus, ceterisque Novatoribus, non verò Thomistis; unde hujusmodi verba in Sano Seno, et cum magnà cautione sunt usurpanda.

Resp. 2.<sup>o</sup> Inter Doctores manimè controversè, Super quid cadant memorata illa S. Augustini verba, an scilicet Super finalem perseverantiam, an Super ipsam voluntatem humanam, an verò Super gratiam actualem. Sunt enim, qui contendunt in cit. c. 12. lib. de corp. et grat. S. Augustinum potissimum loqui de perseverantiâ finali, quae est ipsa actualis conjunctio mortis hominis justis cum statu justitiae; et haec utique contumaciter amitti non potest, ut idem S. Doctor alibi docet. Alii existimant verba ista: insuperabiliter, p. cadere Super ipsam voluntatem humanam, quae gratis auxilio praeventa, invincibilis ac insuperabilis redditur contra omnes Daemonum insultus; nam non dicit S. Augustinus, Subventum est gratis, aut Subventum est perseverantiâ, sed Subventum est infirmitati voluntatis humanae. Gratia gratia, licet dicatur invicta, non tamen potest dici insuperabilis, cum ei resisti possit; bene tamen voluntas humana, quamdiu gratis firmiter adheret. Alii denique referunt illa verba ad ipsam gratiam ex se efficaciâ motionem. Verum, qui Scientiam mediam tuerentur, rejectâ hæc gratiam ex se efficaciâ loquendi ratione, declarant in hæc Systemate gratiam seu vocatorem ad fidem Sano Seno dici posse insuperabilem et indeclinabilem, ex divina scilicet providentia et decreto eam subsequente. Quippe cum Deus per Scientiam conditionatam cognoscat, quid homo facturus sit, si in his vel illis circumstantiis, sub hæc vel illâ gratiâ constitutur, ac decreto suo Scientiam illam subsequente, statuat hominem se ipsâ in illis circumstantiis cum tali gratiâ collocare, merito asseritur insuperabiliter et indeclinabiliter futurum, quidquid Deus futurum esse sic provident, ac prædefiniit; cujus enim miseratur, ait S. Augustinus lib. 1. ad Simplic. q. 2. Sic enim vocat, quomodo sit ei congruere, ut vocantem non respiciat. In utroque igitur Systemate sive Thomistarum sive Congruistarum locum habet modus iste loquendi S. Augustini, insuperabiliter, indeclinabiliter, p. atque in hoc duntaxat inter se discrepant Theologi isti, quod Thomista illam gratiam vim indeclinabilem esse statuunt ac decreto absoluto et antecedente Scientiam Dei conditionatam; alii verò ex decreto, quod Scientiam illam subsequatur: quae controversia ex citatis S. Augustini verbis minime dirimi potest.

Inst. S. Augustinus videtur discretè reprobasse Scientiam mediam; Scientia quippe media est Scientia conditionatorum

2. 98

independens à Decreto Dei absoluto. Atqui talem Scientiam reproba-  
vit S. Augustinus. Prob. ex lib. de predest. S. c. 10. Predestina-  
tione Deus ea presivit, quae fuerat ipse futurus; unde dictum est,  
fecit quae futura sunt. .... Quando promisit Deus Abrahae in semi-  
ne eius fidem gentium, non de nostrae voluntatis potestate,  
sed de sua predestinatione promisit; promisit enim quod ipse  
futurus fuerat, non quod homines. Atqui Deus omnes omnino  
actiones nostras facturum est. Ergo illas in sua predestinatione  
praecognoscit, id est, in decreto efficaci; ac proinde non datur  
in Deo praescientia futurorum independens à Decreto, p. Præterea  
quod Deus non de nostrae voluntatis potestate, sed de sua pra-  
destinatione promittat, hoc prorsus dubio in eadem predesti-  
natione praecognoscit. Atqui Deus multas promittit actiones  
nostras liberas, sicut quando promisit Abrahae fidem et conversio-  
nem gentium. Ergo p.

Resp. Mentem S. Augustini melius dignosci non posse, quam  
ex cognitione opinionis Semipelagianorum, quam impugnabat.  
Itaque Semipelagiani circa predestinationem adultorum  
dupliciter errabant: 1<sup>o</sup> Censebant, quod futurum voluntatis con-  
sensus, à Deo praesens mediante Scientia conditionata, sit Deo cau-  
sa ac motuum gratia conferenda, cuius falsitas ab exemplo Tyris-  
rum et Sydoniorum palam fit; nam licet Deus praesiderit eo-  
rum conversionem sub conditione praedicationis Evangelii, p.  
nihilominus apud eos nulla facta est ejusdem Evangelii annun-  
tatio. 2<sup>o</sup> Errabant Semipelagiani in hoc, quod in eorum  
doctrina futurum absolute praedecatur voluntatis consensus, qui ta-  
men non sit à Deo decretus et praedestinitus; quem errorem supra  
impugnat S. Augustinus, praesertim lib. de bono perseverantiae c. 19.  
ubi, quando, inquit, apud aliquos Verbi Dei tractatores legimus  
Dei praescientiam, et agitur de vocatione electorum, eandem pra-  
destinationem intelligere oportet. Et c. 18. Sine dubio praesi-  
vit et praedestinavit, sed praedestinasse est hoc praesivisse quod  
fuerat ipse futurus. Boni Semipelagiani etiam circa

predestinationem parvulorum à vero deviant, liquidem vo-  
lebant infantes ad gratiam Baptismatis et salutis praedestinari,  
non quidem propter bona opera, quae se ipsa facturi erant, liqui-  
dem in infantia rapiuntur; sed quae facturi fuissent, si ad ple-  
niorem seu adultam aetatem pervenissent. Et hunc etiam  
errorem refellit S. Augustinus lib. de predest. sanct.

Jam in forma ad tentum S. Augustini Resp. 1<sup>o</sup> Hinc S. Docto-  
rem ibi agere de re, quae sit absolute futura; ait enim ibidem,  
fecit quae futura sunt. ac merito rejicere rei hujusmodi ab-  
solute futura praescientiam, qualem admittabant Semipela-  
giani, eam sibi est, quae in decreto seu predestinatione Dei  
tanquam in prima causa fundata non esset, sed in consensu  
futuro voluntatis à Deo praesens, ita ut consensus ille futurus  
etiam sub conditione gratiae, sit Deo ratio et motuum gra-

3. 29

tiam conferendi; quem errorem citato tantu refellit S. Augustinus. Et re vera omne futurum, siue absolute, siue conditionate Dei decretum semper supponit aut absolutum, si res sit absolute futura, aut conditionatum, seu quod sit pars conditionis, si res futura sit sub conditione.

Resp. 2<sup>o</sup>. Dist. tentum S. Doctoris. Deus sua predestinatione preuicit qua fuerat ipse facturum absolute, concl. Quicquid enim Deus absolute facit in tempore, id ab eterno facere constituit. Quia fuerat facturum sub conditione, neg. Nam vel conditio, sub qua res futura preuidetur, ponenda est, vel non? Si prius, res absolute futura est, eamque videt Deus in suo decreto, non quidem quod procedat, sed quod sequatur scientiam conditionatorum, quodque sit vera causa rei futura. Si posterius, Superfluum ac inutile videtur decretum Dei absolute et actuale pro re nunquam futura.

Ad 2<sup>am</sup> rationem tentum adjectam, Resp. Neg. primam propositionem, quod scilicet Deus omnes omnino actiones nostras facturum sit; Deus enim non facit peccata, qua tamen preuit. Unde S. Augustinus c. 10. lib. de predest. 55. ait, predestinationem sine preuicentia esse non posse, posse autem preuicentiam esse sine predestinatione. Ad 2<sup>am</sup> rationem eadem datur responsio.

Just. 2<sup>o</sup>. S. Augustinus eodem c. 10. lib. de predest. 55. reuocat, quod olim docuerat in questionibus Baganonum, nempe tunc voluisse hominibus apparere Christum, et apud eos predicari doctrinam suam, quando sciebat, et ubi sciebat esse, qui in eum fuerant credituri. Quia verba uim Semipelagianam in confirmationem sua conditionate scientia eidem opponerent, S. Doctor in hac respondit: Coni- tis me, sine preiudicio latentis consilii Dei aliarumque causarum, hoc de preuicentia Christi dicere voluisse, quod conuincendo Bagano- rum infidelitati, qui hanc obiecerant questionem, sufficere uide- tur. Quis enim est uerus, quam preuicisse Christum, qui, et quando, et quibus in locis in eum fuerant credituri? Sed utrum predicato sibi Christo a se ipsis habituri essent fidem, an Deo do- nante sumturi, id est, utrum tantummodo eos preuicerit, an etiam predestinasset Deus, querere atque etiam asserere tunc necessarium non putari..... potest etiam hic dici, tunc voluisse hominibus apparere Christum, et apud eos predicari doctrinam suam, quando sciebat, et ubi sciebat esse, qui elec- ti fuerant in ipso ante mundi constitutionem. hucus lib.

de dono persev. c. 9. hoc ipsum, quod dixerat in questionibus Ba- ganorum reuocat, ac docet non aliunde, quam ex predestina- tione Dei petendam esse causam, ut aliquibus annuntietur Christus, aliis uero non annuntietur; non autem ex eo, quod Deus preuideat illos, non alios esse credituros.

Ex quibus sic conficitur argumentum. 1<sup>o</sup> Idem est S. Augus- tino Deum preuicisse fidem hominum, ac homines illorum

4.100

habituos à se, et idem est eos habere Deo donante fidem, ac Deum eorum fidem præstinasse. Patet hoc manifestè; nam S. Augustinus unum per aliud exposuit. Atqui homines nec in statu absolute, nec conditionato fidem à se ipsis sunt habituri, sed in utroque statu Deo donante eam sunt habituri. Ergo in utroque statu non solum præstitur, sed etiam prædefinitur hominum fides, et consequenter in utroque statu mediâ prædestinatione, id est, decreto efficaci cognoscitur, et sic evanescit scientia mediâ.

2<sup>o</sup>. Futurum, de quo hic loquitur S. Augustinus est conditionatum, et de eodem affirmat idem esse prædefinitum, ac idem præstitum à Deo. Ergo ex ejus mente futura conditionata à Deo sunt prædefinita, et idem præstita. Prob. aut. Quia de eodem futuro respondet Augustinus, de quo interrogat Hilarius. Atqui Hilarius interrogat de futuro conditionato, scilicet de eo, quod in sententiâ questione contra Porphyrium S. Augustinus docuerat, scilicet Christum tunc voluisse hominibus apparere, quando sciebat, et ubi sciebat, qui in eum essent credituri. ex quibus Semipelagianis scientiam conditionatam inferbant. Ergo p.

3<sup>o</sup>. Ex citato c. 9. de dono persever. eruitur efficax argumentum, inquit celebris quidam Thomista, ad demonstrandum S. Augustinum ~~probasse~~ scientiam mediâ improbasse non modo quantum ad erroneum modum illum, quo ponebatur à Semipelagianis, sed etiam quoad substantiam ipsam, et sicut nunc ponitur ab ejus defensoribus; nam S. Augustinus, prout testatur S. Thomas 3. p. q. 1. a. 8. ad 2. reprobat c. 9. lib. de don. persever. quod dixerat lib. de sex quart. Bagar. nimirum quod Christus tunc voluit hominibus apparere, quando et ubi sciebat, qui in eum fuerant credituri.

Resp. Nullibi S. Augustinum revocasse, quod scripserat in questionibus Bagarorum tunc voluisse Christum hominibus apparere. Quid enim est verius, ait ipsemet S. Augustinus loc. cit. quam præstivisse Christum, qui, quando, et quibus locis in eum fuerant credituri: verum, cum ex litteris Hilarii ac Prosperii intellexisset Semipelagianos in erroris sui confirmationem hæc sua sententiâ abusus fuisse, hanc non quidem coarctavit, sed exposuit et declaravit, se absque præjudicio latentis Dei consilii seu prædestinationis hæc dixisse; sed neque postulabat ratio, ut illi diligentius tunc expendisset.

Ad idem arg. Resp. In doctrinâ quidem Semipelagianorum, quos S. Doctor refellit, idem esse Deum fidem hominum præstivisse, ac homines illam fidem ex se habituros; non verò idem esse in propriâ S. Augustini sententiâ. Quod additur, scilicet idem esse homines fidem Deo donante habere, ac Deum eorum fidem præstinasse, utrò concedunt

Scientia media patenti. Verum integra, inquit, remanet  
questio controversa, utrum nempe praedestinati illa sequa-  
tur vel antecedit scientiam conditionatorum; qua ex ad-  
versis S. Augustini verbis divini profecto nequit.

Ad 2<sup>um</sup> arg. Resp. 1<sup>o</sup> Dist. maj. Futurum, de quo loquitur  
S. Augustinus, est conditionatum, quod Semipelagiani ex erro-  
re convertebant in absolutum, ita, ut res sub conditione futu-  
ra Deo causa foret ratio ac motivum illam absolute decernendi,  
con. Est conditionatum unde se simpliciter, neg. maj. et pa-  
riter Dist. min. Futurum illud est à Deo praedefinitum prae-  
finitione subsequente scientiam conditionatam, con. Eam  
antecedente, neg. min. p. Esto igitur, quod S. Augustinus lo-  
quatur de decreto conditionato Semipelagianorum, illud ta-  
men non damnat quantum ad substantiam: neque enim errori  
obnoxia esse existimanda sunt quaequae à Semipelagianis admitta hnt:  
sed damnat quoad abutrum ipsorum Semipelagianorum.

S. 101

Ad 3<sup>ium</sup> arg. Resp. S. Thomam locum integrum referre S. Augus-  
tini, qui duabus partibus constat, in quarum primâ S. Doctor ait,  
Christum tunc voluisse hominibus apparere, quando sciebat, et ubi scie-  
bat esse, qui in eum fuerant credituri: in alterâ verò omnes illos,  
ad quos non venit, praevisos à Deo incredulos fore, si ad eos venisset;  
quod postquam tradit S. Thomas, addit: Sed hanc responsionem  
reprobans S. Augustinus lib. de bon. persever. dicit: Nuncquid possumus  
dicere Tyrios et Sydonios talibus apud se virtutibus factis credere  
voluisse, aut credituros non fuisse, cum ipsa Deus attestatur eis, quod  
acturi essent magna humilitatis poenitentiam, si in eis facta essent  
divinarum illa signa virtutum. At manifestum est his S. Augus-  
tini verbis posteriorem duntaxat partem textus à S. Thomâ adducti  
reprobari, non priorem.

Dices. S. Augustinus ait Deum idcirco rem futuram certò cognoscere,  
quia eam praedestinat. Ergò praesentia Dei praesupponit praeviam  
praedestinationem. Ergò Scientia media Superfluit. Pra-  
terea S. Augustinus lib. de bon. persever. c. 18. nomine praesentia  
vult intelligi ipsam praedestinationem. Ergò p.

Resp. ad 1<sup>um</sup> Deum rem futuram certò cognoscere scientiâ vi-  
sionis ac absolutâ, quia eam praedestinat, con. Scientiâ condi-  
tionatâ, qua media dicitur esse inter scientiam visionis et sim-  
plicis intelligentia, de qua hic duntaxat sermo est, neg.

Ad 2<sup>um</sup> dicunt S. Augustinum hoc dixisse adversis errorem  
Semipelagianorum, qui praedestinationem à scientiâ ita pen-  
dere volebant, ut haec illius esset motivum et ratio infallibilis.

Argumentum 6<sup>um</sup> ex conformitate scientia media cum doc-  
trina Semipelagianorum derivatur, atque sic proponitur:

Certum est 1<sup>o</sup> Scientia media patronos conspirare cum Semipe-  
lagianis in oppugnandis decretis efficacibus Thomistarum, atque illis  
eandem obiectâ incommoda, quae olim Semipelagianis S. Augustino  
objiciebant.

Resp. ad. 1<sup>o</sup> Hoc à se fieri ex causa et ratione omnino diversa ab eâ, quâ morantur Semipelagiani; nam Semipelagiani ex principiis erroneis illa deusta aversabantur, utpotè quæ antecederent primum naturæ meritum, scilicet primum motum naturaliter bonæ voluntatis in ordine ad fidem. At talem errorem Scientia media defensores Thomistis nunquam objecere. Est etiam quod Semipelagiani deusta efficacia à Thomistis aperta in S. Augustino oppugnaverint, inde tamen aliud inferri non potest, nisi quod erronei facti laboraverint in interpretatione mentis ac doctrinae S. Augustini; nunquam enim sufficienter probari poterit S. Doctorem hujusmodi deusta admisisse.

2<sup>o</sup> Conspirant Scientia media assertores cum Semipelagianis in hoc, quod cum illis aequalem ac indifferentem erga omnium salutem Deum habere voluntatem existiment. Ergo p.

Resp. hoc ipsis falsis imponi, siquidem specialem Dei erga electos dilectionem, quâ Deus inter plura gratia dona ea seligit, quibus hominem certò consentium prævidet, ultro fatentur.

3<sup>o</sup> Conspirant, saltem plerique, in hoc, quod velint predestinationem fieri ex prævisis meritis: dignum enim dicebant Semipelagiani.

Resp. Semipelagianos predestinationem fundasse in quodam natura merito ad omnem Dei gratiam prævisis. Gratia eos censuisse futurum hominis consentium etiam sub adiutorio gratia à Deo prævisum fuisse tanquam gratia conferenda causam. At Scientia media in hodiernis Scholis aperta aliam finem est à duplici hoc errore, ut ex dictis constat.

130. Argumentum 7<sup>mu</sup> petitur ex incommodis, quæ ex Scientia media derivantur. 1<sup>o</sup> Hæreticos exoriam magis reddidit Euleriam, ut quæ, quod ipsis eadem continuis exprobrant, recipiat ac foveat doctrinam, quæ gratia est inimica. 2<sup>o</sup> Gratiam reddidit prædissequam libero arbitrio, quæ tamen illius est Domina. 3<sup>o</sup> Diminuit Dei charitatem, cum ejus minuat dona, à quibus illa accendi debet. 4<sup>o</sup> Viam facit ad vitam laxiorem; quia ubi minora auxilia conceduntur, ibi majora perpetrantur mala. 5<sup>o</sup> Humilitati est noxia; nam via fieri potest, ut qui eadem cum aliis gratia donatus est, ac se per liberum arbitrium suum gratia consentiendo discernit, non inflatur. 6<sup>o</sup> Necessitatem orationis tollit; nam si equidem à Deo offeratur gratia, et ponantur circumstantia, à me verò oriatur bonus usus, Deum quidem orare debes, ut ponat circumstantias; at ne in vacuum gratiam recipiam, id ab eo petere non possum, cum ab eo non detur, sed à me ipso expectatur. Et ideo 7<sup>o</sup> Spem minuit divinam; quia spem salutis in homine constituit, à quo pendet auxiliū divini efficaciam.

Resp. ad. Vana et futilia hæc esse argumenta. Ad id enim itaque resp. Hæreticos coecos esse et dures coecorum, ac quidem in hoc vel maxime, consistunt Euleriam fovere doctrinam, quæ sit inimica gratia; siquidem omnis doctrina, quam amplectitur et

U. 102

Forset Eulisia, cum Apostolo dicit: Non ego, sed gratia Dei mecum;  
itaque sinte eos, p. Neque enim quisquam eorum vanis moveri debet  
querelis.

Ad 2<sup>um</sup> Resp. fieri non posse, ut gratia sit pedita sequa liberi  
arbitrii, cum etiam in Systemate Scientia media ipsa sit illius in-  
clinatio et Determinatio; nam an ille, inquit, qui habitus  
injuriam pondus ac inclinationem sequitur, dici potest illum ha-  
bitum Determinare? aut qui oculos aperit ad lumen Solis, ut objec-  
ta videat, potestne dici illud lumen Determinare ad visionem?  
Ita provis res se habet respectu gratia.

Ad 3<sup>ium</sup> Resp. Contrarium e diametro evenire; siquidem pro ma-  
gno haberi debet beneficio, quod Deus inter plura gratia adjuncta  
ea seligit, quibus pronosuit voluntatem ad consensum infalibiter  
se inclinandum. Enique ad 4<sup>um</sup> patet responsio.

Ad 5<sup>um</sup> Resp. Hoc quidem merito olim obiectum fuisse Calagia-  
nis aut Semipelagianis: sed sane sine ulla sinceritate modo op-  
poni potest Scientia media defensoribus, cum fateantur libe-  
rum arbitrium per se ipsum solum non operari, sed maxime per  
auxilium gratia, sine qua ad nihil sufficientes sumus. Quantum  
vero ad discretionem illam, quae huic Dennis obicitur, iam supra res-  
ponsum est. Adde, quod, qui consentit, semper ampliore  
accipiat gratiam, saltem in ratione doni, quam ille, qui dissentit;  
idcirco enim ille praeat consensum, quia ipsi Deus, ex speciali  
ergo ipsum dilectione eam seligit, cui praevidit eum esse con-  
sensurum, si daretur; quod de altero, qui non consentit, dici non  
potest.

Ad 6<sup>um</sup> Resp. Cum in hoc Systemate ab omnibus unani-  
miter doceatur gratiam nemini debitam esse, sed plane gra-  
tis a Deo conferri, omnino necesse est, ut a Deo uberioem  
gratiam, atque bonum ipsius usum suppliciter efflagitemus.  
Unde ratio abata urget quidem contra Semipelagianos, ven-  
tiguam vero contra Scientia media patronos. Enique patet  
quid ad 7<sup>um</sup> sit respondendum; nam gratia potius est causa con-  
sensus, non vero consensus causa gratia; ac proinde spes totaliter in  
hoc Systemate reponitur in gratia, non in libero arbitrio.

7. 10. 13

Argumentum 8<sup>um</sup> Desumitur ex veritate ac facilitate hujus  
sententiae. 1<sup>o</sup> Omnium primus Molina hanc sententiam in Scho-  
las iniecit, prout ipsamet gloriatur lib. de comod. q. 23. a. 4. et 5.  
aitque, quod, si Augustini aetate nata et explorata fuisset, forte  
nec haereticis Calagianis orta fuisset, nec Lutherani tam impuden-  
ter arbitrii nostri libertatem negare ausi fuissent. 2<sup>o</sup> Modus  
coniliandi libertatem cum gratia est perdifficilis, teste ipso  
S. Augustino. atqui in Systemate Scientia media perfacilis  
est. Ergo p.

Resp. AA. ad 1<sup>um</sup> Molina attribuendam esse duntaxat  
clariorum methodum ac explicationem Scientia media, non au-  
tem inventionem ac primum usum illius quoad substantiam;  
et de isto gloriatur Molina, non autem de isto.



Ad 2<sup>um</sup> Resp. 1<sup>o</sup> Hoc ipso, quod modus conciliandi libertatem sit facilis secundum Systema Scientia media, potius retinebatur, quam rejiciendus. Quod autem S. Augustinus eo usus non sit, id ideo factum, quia eo nihil proficiat contra Pelagianos et Semipelagianos: cum enim in Systemate Scientia media supponatur gratiam necessario provenire debere, quam illi ideo negabant, quod existimarent liberum arbitrium cum ea satis conciliari non posse, hinc necesse habuit hic S. Doctor recurrere ad Dei omnipotentiam, ut gratiam cum libero arbitrio conciliaret.

Resp. 2<sup>o</sup>. S. Augustinum nunquam ex professo ac directe disputasse contra Pelagianos vel Semipelagianos de concilianda libertate cum gratia, ut constat ex ejus libris, totus enim intentus erat in refutando praecipuo ibonum errore, gratiam videlicet ad bona opera, aut saltem ad initium fidei necessariam non esse. Cum autem pertenderent libertatem perini per gratiam necessario provenientem, recurrit quidem S. Augustinus ad omnipotentissimam Dei voluntatem; sed sane de excogitando modo, quo conciliari posset libertas cum gratia necessitate ac decreto praedestinationis sollicitus fuisse non videtur.

132. Argumentum 9<sup>um</sup> num desumitur ex eo, quod Scientia media Deo sit injuriosa. 1<sup>o</sup> Scientia media titulum causa prima eripit; quia priviam Dei actionem tollit. Deus enim est prima causa. Ergo debet creaturam determinare non vero ab eo determinari; debet prius causalitate concurrere in genere causa efficientis, quam liberum arbitrium illi subordinatum.

Resp. AA. Si questio sit de actionibus ad finem supernaturalem ordinatis, tunc Deus prius causalitate concurrat quam liberum arbitrium; quia gratia, quam Deus largitur, non est indifferens, non est communis, neque debita sicut concursus, sed est specialis et gratuita, quae per mentis illustrationem et voluntatis excitationem hominem movet, inclinat, et ad bonum abicit; hinc, cum voluntas gratia obsequitur, cui reluctari posset, eam utique non determinat, sed potius ductum ac determinationem illius sequitur.

Si vero homo sit de actionibus naturalibus, tunc ajunt 1<sup>o</sup> Deum esse primum in agendo, in quantum est primum in producenda et conservanda virtute causa secunda; non vero quasi Deus prius naturam producere imperet ipsum actum voluntatis, quam voluntas concurreat; quia alioquin voluntas non solum in sua libertate laedetur, verum etiam se mere passivè haberet. 2<sup>o</sup> Dicunt Deum esse causam primam in quantum exhibet creaturae concursum in actu primo ad agendum, cum ita atemperando, ut sit in potestate voluntatis creaturae concursus Dei sibi oblato utendi vel non utendi: neque vero dignitati Majestatis Divinae quidquam derogat, quod ejus concursus generalis hoc sensu in actu secundo determinetur; quia Deus hac lege se ipsum adstrinxit, ut ad exigentiam creaturae cum illa, quoties operari voluerit, concurrere velit.

8. 104.

Arguitur 2<sup>o</sup>. Scientia media eripit Deo titulum primi liberi: im-  
plicat enim, ut determinatis voluntatis humanae à Deo à indiffe-  
renti seu communi generali pendere et haberi possit. Unde si Deus est  
primum liberum in ratione actionum nostrarum, ad eas à De-  
o efficaci et non indifferenti concurrere debet.

Resp. Satis esse, quatenus titulus ille Deo servetur, si voluntas  
humana nihil velit, nisi prius volente aut permittente primo li-  
bero, scilicet Deo. Unde decretum, si cuius Deus hunc praebet  
concursum causa secunda, priusquam illa operetur, producit  
immediatè ac proximè cum illà ejus determinationem in actu  
secundo, quae determinatio est ipsamet volitio, seu actus volun-  
tatis se ita determinantis, ut se ipsam possit non determinare;  
atque adeò non requiritur, ut prius efficaciter velit Deus hunc vel  
illum actum elici à causa secunda.

Arguitur 3<sup>o</sup>. Scientia media à Deo supremum dominium, quod  
habet in nostras voluntates ad eas inclinandas ad quodcumque volue-  
rit, aufert. Ergo.

Resp. Neg. ant. Quia haec Scientia Deo varia media subministrat,  
quibus uti potest ad inclinanda corda nostra, quovunque, et ad  
quodcumque voluerit.

Arguitur 4<sup>o</sup>. Scientia media Omnipotentiam Dei coarctat  
ac limitibus coarctet; quia nisi prius exploraverit Scientia media,  
nihil decernit Deus, nec decernere potest absque praedictio li-  
bertatis.

Resp. Non oriri ex impotentia aliqua, quod Deus utatur Scien-  
tia media, sed ex suorum decretorum lege, quae vult hominem  
in suis actibus liberum esse et gratia quantumcumque potenti re-  
sistere posse. Ex quo etiam liquet Deum in huiusmodi dur-  
tantia gratia, cui resisti potest, infallibilem Petri v.g. con-  
sensum videre non posse, ac propterea illum cognoscere debere in  
Scientia conditionatorum.

Dices. Petrus his gratia auxiliis, sub quibus jam constituitur, non  
resistet, idque Deus pro certo compertum habet. Ergo in eisdem  
certo praevidet consensum Petri.

Resp. Dist. cons. Ergo in eisdem certo praevidet consensum Petri  
dependentem à Scientia media cons. Seus, neg. cons. Itaque  
Deus bonas hominis actiones non videt in sola virtute sua gra-  
tia, sed etiam in ea ut attemperata hominis indoli, modifica-  
ta variis circumstantiis favorabilibus, &c.

Argumentum 10<sup>um</sup> petitur ex inutilitate Scientia media 133.  
ad formanda divina Decreta. Arguitur itaque 1<sup>o</sup> Deus in forman-  
dis decretis suis absolutis circa salutem hominum sufficienter dirigi-  
tur per Scientiam simplicis intelligentiae. Ergo non indiget Scien-  
tia media directoriae. Cons. patet. Prob. ant. Deus per Scien-  
tiam simplicis intelligentiae comprehendit suam Omnipotentiam, et  
videt in thesauro ejus latere infinita media seu auxilia efficacissi-  
ma et suavissima, quibus potest voluntates hominum potenter

et suaviter ad se pertrahere, quando et ubi voluerit. Ergo opus non habet Scientiā mediā.

2  
L. 100  
Resp. Ad. Deum quidem per Scientiā simplicis intelligentiā videre quid se verā fieri possit, sed non quid futurum sit; cognoscere se habere gratia auxiliā, quibus homo quidem consentire potest, sed non quibus certō consensus est, quippe eis dissentire potest. Ex quo liquet solius simplicis intelligentiā administrandō Deum efficaciter circa actiones hominis liberas nihil statuere posse.

Arguitur 2<sup>o</sup>. Si prędestinatio seu ad gratiam seu ad gloriam necessariō presupponeret Scientiā mediā, sequeretur, absolute loquendo, posse dari hominem, quem Deus de potentiā suā etiam absolute convertere et prędestinare nequirit. Atqui hoc implicat. Ergo p. Prob. seq. maj. Absolute loquendo et ex natura rei non implicat dari hominem, qui in nullo tempore velit converteri; quia omnino contingens est, ut auxilia gratiæ effectum sortiantur, cum nullum admittant Scientiā mediā potiori, quod infalibiler ac essentialiter cum effectu connectatur. Ergo fieri poterit, ut homo adeo induratus sit, ut resistat omnibus omnino auxiliis pro suā conversione à Deo ipsi oblatis.

Resp. In rebus moralibus suppositiones illas metaphysicas esse inutiles; quia nempe moraliter sunt impossibiles: quamvis enim uni aut alteri gratia auxiliis resisti possit, attamen non omnibus collectivè sunt, moraliter saltem loquendo, propter eorum vim et efficaciam; potens enim est Deus etiam ex lapidibus facere filios Abrahę.

134. Argumentum 11<sup>um</sup> petitur ex inutilitate Scientiæ mediæ ad conciliandam libertatem humanam cum gratiā efficaci. Et potissimum inmittitur auctoritate S. Augustini.

Arguitur itaque 1<sup>o</sup>. Multi turbati fuerunt ex modo, quem adhibuit S. Augustinus ad conciliandum liberum arbitrium cum gratiā, ut docent SS. Hilarius, et Prosper. Atqui non potuerunt turbari ex modo conciliandi libertatem dependentem à Scientiā mediā.

Resp. Ad. Turbatos fuisse Gideles ex eo duntaxat, quod S. Augustinus doceret gratiam omnino necessariam esse, etiam ad omnes pios motus voluntatis, ac etiam 1<sup>o</sup> saltem secundum apparentiam: vellet prędestinationem pręcedere merita; non verò ex modo conciliandi libertatem, cum de eo nullibi ex professo tractaverit, ut jam dictum est.

Arguitur 2<sup>o</sup>. Efficacia gratiæ divini ac prędestinationis ex supremo Dei dominio ac omnipotentissimā Dei potestate peti debet, ut docet S. Augustinus lib. De concept. et grat. c. 14. et alibi passim. Ergo non ex Scientiā mediā.

Resp. Ut omnipotentissima Dei voluntas infalibilem effectum habeat circa actiones voluntatis liberas, debet presupponere Scientiā mediā ut directricem. Oritur itaque efficacia divini gratiæ ex omnipotentissimā Dei voluntate, quę inter multa auxiliā ea potissimum seligit,

2  
qua praevidentur habitura effectum, si dentur: atque adeo, ut  
videt, ex Scientia mediâ. In formâ breviter Dist. ant. Ori-  
tur efficacia divina voluntatis ex omnipotentia Dei atten-  
perata libero arbitrio, concl. Secus, neg. ant. p.

Arguitur 3<sup>o</sup>. Talis est efficacia divina voluntatis, ut de no-  
lentibus faciat volentes, et de repugnantibus consentien-  
tes, quemadmodum docet S. Augustinus. Atqui hoc non fa-  
cit efficacia gratis orta ex Scientia mediâ; quia non de  
volentibus, sed tantum de volentibus in statu conditio-  
nato facit absolute volentes.

Resp. Quod Deus ea gratis auxilia, quae novit apta esse  
ad frangendam cordis duritiam, seligat, atque sic faciat de  
volentibus volentes, et non tantum de volentibus condi-  
tionate, volentes absolute.

Cetera, quae huc adhuc offerri possent argumenta commo-  
dus exponuntur ubi de Decretis divinis et gratia efficaci  
nobis erit sermo.

§. III.

Proponuntur et solvuntur argumenta, quibus  
Scientia mediâ adstruitur.

135.

Argumentum primum petitur ex S. Scripturâ. 1<sup>o</sup> Sap. 4. dicitur:  
Captus est, ne malitia mutaret intellectum ejus... placita enim  
erat Deo anima illius. Queritur jam, utrum Deus decerneret  
efficaciter determinare illos pueros, ut malitia illos perverteret, si  
divitiis viverent, vel non? Si primum, sequitur, quod Deus sit  
auctor mali; si secundum, ergo hujus perversionis cognitio ha-  
bita est ante decretum, et consequenter per Scientiam mediâ.

Resp. A. H. Hujus perversionis cognitionem habitam esse non  
in decreto positivo, ut supponit objectio, sed tantum permissi-  
vo, quod Deus statuerat illis denegare auxilium efficax nul-  
li debitum; et sic permittere, ut in varia crimina proce-  
derent, si divitiis viverent; quia verò anima eorum erat Deo  
placita, ex eo scilicet, quod essent praedestinati ad gloriam,  
sic necesse erat, ut morerentur, antequam per malitiam deci-  
derent de statu gratiae.

2<sup>o</sup> Math. ii. ait Christus ipse: Ve tibi Corozaim, ve tibi  
Bethsaida, quia si in Tyro et Sidone facta essent virtutes, quae  
facta sunt in vobis, olim in cilicio et cinere poenitentiam egissent.  
Vidit ergo Deus futuram conversionem Tyriorum et Sidoniorum sub  
conditione, si haec signa apud illos faceret, quae fecit apud Corozai-  
tas, p. Atqui non vidit hanc futuram poenitentiam conditio-  
nata in decreto praedestinate; alias inanis fuisset reprehensio In-  
daeorum, in promptu fuisset eorum responsio; si nos pariter faceres  
in tuo decreto ad poenitentiam praedestinate, pariter etiam egis-  
semus poenitentiam; cum igitur nos non similiter praedesti-  
nasti, ac praordinasti? Ergo videt Deus futura conditionata

3 107

per Scientiam mediam.

12  
Resp. 1<sup>o</sup> Hunc Scientia Media patronorum Achillem magis illam  
graves, quam juare. Eumvero illud idem sibi objicit Apostolus  
Rom. 9. Cum enim ibidem dixisset, Cujus vult Deus miseretur,  
et quem vult indurat, statim subiungens sibi objicit id, quod  
Scientia media Defensores adversariis suis objiciunt, scilicet: Di-  
cis itaque mihi, quid adhuc queritur, voluntati enim ejus quis re-  
sistit? quorum verborum is propria sensus est, interprete Corne-  
lio à Lap. et aliis: Si converti ad Deum non est volentis neque  
currentis, sed miserentis Dei, p. ut doces, quid de nobis congeritur  
Deus, et luenset nobis, quod non convertamur. Hanc vero ob-  
jectionem ait Grosper lib. 1. de vocat. gent. in fin. non solum Apostolus  
per velle et nolle liberi arbitrii, ut solent adversarii, sed ut arro-  
gantem castiget recurrit ad independentissimam Dei voluntatem,  
inquirens: O homo tu quis es, qui respondeas, nunquid dicit figmen-  
tum ei, qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem  
figulus lutum ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem,  
aliud vero in contumeliam? Quibus verbis manifeste rejicitur Scien-  
tia media; docemur enim Deum aliquem adducere ad poenitentiam non  
ex pravis consensu, sed potius quia cuius vult miseretur.

4 108  
Deinde letorq. Arg. contra suos auctores; quia in eorum sententia  
posuit Corozaita, p. exprobrationi Christi dicere, quod, sicut idem Ty-  
rii et Sidonii visi illis signis crederent, quia patrata forent apud eos  
in ea verum serie, ac ordine, necnon occasionebus, in quibus pravisum  
est à Deo, ipsos consenturos et credituros, cum tamen essent plures alia  
occasionebus, in quibus pravisum illos, patratis eisdem signis, non conver-  
tendos; ita si eadem signa fuissent facta apud praeviditos Judaeos in plu-  
ribus aliis circumstantiis, et occasionebus, in quibus pravisum est  
à Deo illos credituros, tunc non minus quam Tyrii, p. crederent.  
Unde videtur eos etiam posse congeri de Christo, p.

Neque dicant A. H. hanc objectionem esse telum sine viribus,  
quandoquidem Judaei in iis, in quibus erant, circumstantiis, re-  
ipso converti poterant, nec quidquam eorum, quae ad conversio-  
nem sunt necessaria, ipsis deerat in mente eorum, qui Scientiam  
mediam defendunt, non vero ita in sententia Thomistarum; deest  
enim decretum absolutum et efficax ex parte Dei, deest gratia ex  
se efficax ac praedeterminans, quae duo, juxta eodem Thomistas,  
ad conversionem omnino sunt necessaria. Non, inquam, hoc di-  
cant; nam in sententia A. H. ad conversionem summe necessari-  
um est, ut detur gratia in circumstantiis favorabilibus; at haec  
largitio non fuit in potestate Corozaitarum, p. ergo adhuc in-  
ter eos et Tyrios, p. invenitur inaequalitas; quia illi concessi fuif-  
sent circumstantias favorabiles, sicut Corozaita, p.

Resp. 2<sup>o</sup> Ad arg. reg. min. Ad rationem adjectam dicunt Judaeos  
non potuisse, quod objiciunt adversarii, Christo respondere; quia  
major erat excaecatio et induratio Judaeorum, quam Tyriorum, p.  
et haec erat causa, cur gratia conversionis in decretis Dei preparata  
Tyriis, p. ipsis non conferatur. Solutio haec est S. Augustini. Non ergo,  
inquit, erant sic excaecati oculi, nec sic induratum cor Tyriorum et

Sidoniorum, quoniam crediderunt, si equalia viderunt isti | Corozaita, p: |  
signa viderunt.

Confirmatur et explanatur haec responsio ex S. Thomae 3. cont. gent.  
c. 159. ubi, licet homo, inquit, per motum liberi arbitrii divinam gratiam  
neque promereri neque acquirere possit, potest tamen se ipsum impedire,  
ne eam recipiat..... et cum hoc sit in potestate liberi arbitrii impedire  
divinae gratiae receptionem, vel non impedire, non immerito in culpam  
imputatur ei, qui impedimentum praestat gratiae receptioni. Hoc  
igitur Christus in Judaeis reprehendebat, quod majora quam Gentiles gra-  
tiae impedimenta ponerent.

Dices. Sicut, quod unus homo tot crimina non perpetrat quot alter, ad-  
scribi debet gratia juxta S. Augustinum in Soliloq. c. 15. Sic minor enormitas  
Tyriorum, p. erat quidam effectus gratiae, quo privabantur Judaei.  
Ergo adhuc in hoc Judaeis relinquitur excusationis locus, et sic reprehendi  
non debuerant.

Resp. neg. cons. Nam justa fuit adhuc Judaeorum reprehensio, liqui-  
dem Deus nulla peccata imputat, ac proinde neminem reprehendit  
ob peccata, quae potuit committere, sed tantum quae commisit. Unde  
cum Judaei pro Tyris, p. graviora crimina, per quae contraxerunt ma-  
jorem divitiam, perpetrassent, jure pro Tyris reprehendi potuerunt.  
Deinde sicut Moyses Deut. 29. exprobrat Israelitis, quod Dominus non  
obediverint, et si fateatur, quod Dominus cor intelligens illis non de-  
derit; ita Christus Galilaeis istis recte exprobrat, quod ad Evangelii  
predicationem non poenituerint, quamvis poenitentiam eis non  
dederit; quia eorum obstinatio talem exprobrationem mereretur.

Just. 1.º Ut comparativa exprobratio justa sit, debet esse aequa-  
litas inter extrema comparationis; unde injusta incipitur  
miles male armatus exemplo alterius armis validioribus instanti.  
Atqui supposito decreto et gratia efficaci circa conversionem Tyrio-  
rum, p. et eodem negato erga Judaeos, non senseretur aequalitas  
inter illos. Ergo nec justa est exprobratio, saltem comparativa.

Resp. Dist. maj. Ut comparativa exprobratio justa sit, debet  
esse aequalitas inter extrema comparationis, quantum ad actum pri-  
mum, conc. quantum ad actum secundum, vel applicationem  
ad illum, neg. maj. Ratio est, quia ut unus, juste inspectus pro  
alio, sufficit obligationis aequalitas, quae si unus transgreditur, et  
alter implet; obligatio autem fundatur super posse, non super  
actum et applicationem ad illum. Boni decretum et gratia  
efficax non dant posse, sed illud supponunt: cum igitur quoad  
posse et gratiam sufficientem Galilaei istis Gentilibus fuerint  
aequales, merito reprehenduntur. Exemplum vero militis non  
est ad rem; quia in illo fuisse inaequalitas quantum ad ea, quae se  
tenent ex parte potentiae.

Just. 2.º Ille non est culpabilis quod non agat, qui non ha-  
bet omnia necessaria ad agendum. Sed qui caret auxilio effi-  
caci, non habet omnia requisita ad agendum. Ergo non est cul-  
pabilis; quemadmodum non esset culpabilis sacerdos omissis  
horis canonicis ex defectu Breviarii.

S. 109  
Tad  
1a

Resp. Veram esse majorem propositionem, si non adsint omnia requisita ex parte actus primi. Sicut si tantum aliquid desit ex parte actus secundi: in exemplo allato autem desisset aliquid ex parte actus primi.

Dices. Praeceptum alicui impositum non obligat solum ad posse agere, sed etiam ad agendum. Ergo ut aliquis possit observare praecceptum, indiget, praeter gratiam sufficientem etiam efficaci.

Resp. neg. cons. Quia ratione gratiae sufficientis non solum habetur quidquid ad posse necessarium est, sed etiam quidquid ex parte actus primi seu potentiae requisitum est ad ipsum agere, quod sufficit, ut aliquis dicatur posse observare praecceptum.

136 Argumentum 2<sup>um</sup> dicitur desumitur ab auctoritate SS. Patrum, et quidem arguitur id ex S. Augustino, qui de Tyris loquens c. 14. de bon. perses. innuit Tyrionum conversionem praesitam fuisse conditionate futuram, non in Dei decreto, sed in quadam meliore eorum indole ac congruitate vocationis et circumstantiarum, quae est ipsissima scientia media. Tyrus, inquit, et Sidonii credere poterunt, si mira illa Christi signa viderent, sed quoniam ut crederent non erat eis datum, etiam unde crederent negatum. Ecce quomodo negat decreta fuisse in Deo illos convertentia. Ac statim explicans, in quo praesidi essent conditionate convertendi, apparet, inquit, habere quondam in ipso ingenio divinum naturaliter numquam intelligentia, quo moveantur naturaliter ad fidem, si congrua suis mentibus vel audiant verba, vel signa conspiciant. Et tamen si Dei altiore judicio a perditionis massa non sunt gratia praedestinatione discreti, nec ipsa eis adhibentur vel dicta divina, vel facta, per qua possunt credere, si audirent, utique talia vel viderent. An non ibi S. Augustinus ipsissimam scientiam mediam exprimit? nempe Deum ante omnia decreta praevidisse his signis seu circumstantiis illos credituros, quod ad eorum voluntatem movendam circumstantiae sint magis congruae, p.

Item ad Simplic. q. 2. docet Deum sic vocare eum, cuius miseretur, quomodo sit ei congruus, ut vocantem non respiciat. Item de bono perses. c. 14. dicit, praedestinati sanctorum nihil est aliud quam praesentia, ac preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur. In quia praesentia est prior decreto.

Resp. 1<sup>o</sup>. Media congrua, preparationem beneficiorum, et haec similia per scientiam simplicis intelligentiae a Deo cognoscitur; per hanc enim novit omnes voluntatis finis, modos, ac virtutem agendi, itam infinita media, quibus efficaciter perstrahere potest voluntatem ad consensum, ac consequenter etiam novit, quid cuique congruum est.

6 110 — Resp. 2<sup>o</sup>. Hoc et similes S. Augustini textus probare quidem gratiam exterioram, et non negare gratiam interioram efficacem, quia in nobis Deus operatur et velle; unde absque praesentia gratiae interioris efficacis intelligendi sunt. Cum, ait idem

ii  
4  
S. Doctor lib. de predest. c. 8. predicatur Evangelium, quidam credunt,  
quidam non credunt; sed qui credunt predicatore forissecus sonan-  
te, intus à Patre audiunt atque discunt, hoc est, illis datur, ut ce-  
dant.

Resp. 3<sup>o</sup>. Re vera Deum certo cognoscere quoniam congruâ voca-  
tione unusquisque vocandus sit, ut vocantem non respiciat, sed se-  
quatur. At congruitas illa gratia interna, seu suavitas attempe-  
rata genis, moribus, ac circumstantiis personæ à Deo est eam pre-  
destinante ac operante; juxta illud Apostoli Heb. 13. Aplet vos  
Deus in omni bono faciens in vobis, quod placet coram se, id est, fa-  
ciat vos velle omne bonum, ut exponit S. Thomas lect. 3.

Inst. Juxta S. Augustinum lib. de predest. sanct. c. 10. predes-  
tinatio non potest esse sine præscientiâ, potest tamen esse præ-  
scientiâ sine prædestinatione. Ergo ex eodem Deus præscit eti-  
am ea, quæ non prædestinavit, ac proinde per scientiam medi-  
am intra decretum.

Resp. S. Augustinum ibidem loqui duntaxat de peccatis, quæ Deus  
præscit in decreto suo permissivo, sed non prædestinat nec decernit. ait  
enim: prædestinatione quippe Deus ea præscit, quæ fuerat ipse fa-  
cturus. præscire autem potest quæcumque non facit, sicut quæcumque  
peccata.

Arguitur 2<sup>o</sup> ex S. Thomâ. 1<sup>o</sup> 1<sup>o</sup> p. q. 23. a. 9. ad 1. docet unum gra-  
tia præscitum non esse rationem collationis gratiæ, nisi secundum  
rationem causæ finalis. Ergo juxta S. Thomam Deus prius præ-  
scit unum gratiæ, antequam quidquam dicemat.

Resp. 1<sup>o</sup> neg. cons. Nam illa unum gratiæ præscitum importat qui-  
dem præscientiam non præsuppositam, sed fundatam in decreto,  
quod vel maxime evincitur ex eo, quod S. Thomas ibidem asserat  
totum, quod est ex gratiâ et libero arbitrio esse prædestinatio-  
nis effectum, et procedere ex divini voluntate sicut ex primo prin-  
cipio movente, quò loco, ut patet legenti, manifestè asserit Scien-  
tiam mediam.

Resp. 2<sup>o</sup> Dist. cons. prævidet providentiâ seu præscientiâ funda-  
tâ in decreto, cons. Scius, neg. cons.

2<sup>o</sup> 3. p. q. 1. a. 5. ad 4. Idem S. Thomas ait: Dicendum, quod præ-  
destinatio præsupponat præscientiam futurorum. atque hoc est  
Scientia media. Ergo p.

Resp. 1<sup>o</sup> S. Thomam ibi locutum fuisse de scientiâ seu præscientiâ  
absolutâ peccati Adæ, quod præsupponebatur per decretum permissi-  
vum antecedenter ad prædestinationem Christi. Resp. 2<sup>o</sup> Dist.  
text. Prædestinatio præsupponit scientiam futurorum secundum  
effectum particularem, cons. secundum effectum communem, neg.  
Juxta S. Thomam illa præscientia futurorum secundum effectum  
particularem est etiam effectus prædestinationis. Unde ipsa non ha-



betur per scientiam mediam, sed per scientiam approbationis, seu per determinationem divinae voluntatis; effectus enim praedestinationis ordiantur ad invicem, et sic unus presupponit alterum.

3<sup>o</sup>. Idem Augustinus Doctor in 1. dist. 46. q. 1. ait, quod voluntas Dei presupponat praescientiam operum. Ergo.

Resp. S. Dato rem ibi loqui de reprobatione positiva, sive de voluntate consequente, qua Deus intendit reprobis infligere poenam aeternam, qua voluntas supponit praescientiam malorum operum: verum haec praescientia non habetur per scientiam mediam, ut existimant illius patroni, sed per decretum permissionum horum malorum operum.

Arguitur 3<sup>o</sup> ex S. Chrysostomo Hom. 31. et 65. in Matth. ubi agens de vocatione S. Pauli et S. Matthaei dicit, Deum tunc eos vocasse, quando noverat consenturos. Item in Ep. ad Gal. Hom. 12. docet, quod oportet primo nos eligere quae bona sunt, et tunc Deus ea, quae habent introducit; non enim antecedit voluntates nostras, ne liberum cedatur arbitrium.

Resp. S. Chrysostomum idem velle Deum aditus gratis et virtutum habitus non largiri, nisi prius illi se ad eos per liberum arbitrium preparaverint: at vera preparationem illam esse a gratia non negat, alioquin idem cum Semipelagianis sensisset.

Præterea, ut ait S. Augustinus c. 18. de Bon. p. res. Quando apud aliquos Verbi Dei Tractatores reperitur nomen praescientia, et agitur de vocatione electorum, nomine praescientia intelligi debet praedestinatio, id est, praescientia in Decreto et praedestinatione fundata.

137. Argumentum 3<sup>o</sup> trium petitur ex variis rationibus. Arguitur 1<sup>o</sup>. Veritas horum futurorum conditionatorum, Si Deus daret Iuda gratiam efficacem vel praedeterminationem physicam, converteretur; item Si Pater Christo praecipiat mortem, cara Christus eligat, cognoscitur à Deo. Atqui non potest cognosci ab illo per scientiam simplicis intelligentia, neque per scientiam visionis. Ergo per scientiam mediam. Prob. min. Scientia simplicis intelligentia terminatur ad objecta necessaria, scientia visionis vero ad objecta in aliqua temporis differentia absolute existentia. Atqui haec veritas est contingens et conditionata. Ergo cognosci debet per scientiam mediam.

Resp. Veritatem harum propositionum cognosci per scientiam simplicis intelligentia; quia licet extrema sint libera et contingens, illatio tamen, qua in ea exprimitur, est infallibilis et necessaria, ac proinde ad scientiam simplicis intelligentia pertinet.

Dices. In gratia efficaci ac precepto Dei consensus voluntatis non sequitur necessario sed libere. Ergo etiam illatio est contingens et libera, nequaquam necessaria.

Resp. In quod licet ex Decreto et gratia efficaci effectus liberi eveniat, vis tamen illationis et consequentia necessaria est, nempe necessaria est, quod res eveniat eo modo, quo eam decessit. Unde si vult Deus creaturam libere operari, necesse est, ut libere operetur, quoniam quod Deus vult, inquit S. Ansel-

mus lib. De comod. c. i. non potest esse, cum vult hominis voluntatem  
nulla cogi aut prohiberi necessitate ad volendum vel ad nolendum,  
et vult effectum sequi voluntatem, tunc necesse est, voluntatem  
esse liberam, et esse quod vult.

Arguitur 2<sup>o</sup>. Deus sit futura conditionata, ut communis est Theolo-  
gorum, paucis dumtaxat exceptis, sententia. atqui ea non sit  
per sua decreta. Ergo extra decreta, et consequenter per scientiam  
mediam. Prob. min. 1<sup>o</sup>. Ut Deus ea cognosceret in suis decretis, debent  
habere decreta conditionalia, talia v. g. Volo, ut si Tyri Evangelii-  
um audiant, signaque videant, ad fidem convertantur. atqui  
hujusmodi decreta non sunt admittenda. Ergo p. Prob. min. 2<sup>o</sup>  
Ex novitate horum decretorum. Quis enim Theologorum antiqui-  
tis hoc docuit, aut approbavit hujusmodi decreta, Volo, ut, si viderem  
id fieri, illud fieret. Quin potius ab omnibus Scholis ea esse penitus  
eliminata constat ex eo, quod doceant praescientiam latius potere,  
quam praedestinationem seu decretum? 2<sup>o</sup>. Prob. eadem

min. auctoritate S. Patrum, qui asserunt Deum non praedefinisse  
liberas hominum actiones. Sufficiat hic retulisse S. Joannem  
Damascenum, qui lib. 2. de fide c. ult. ita ait: Deus virtutes et  
vitia, et ea, quae sunt a nostro arbitrio, praecognoscit quidem, sed  
non praedeterminat.

3<sup>o</sup> Hujusmodi decreta, cum pra-  
veniant libertatem, fieri non potest, quin eam perimant. 4<sup>o</sup>  
Quia sunt inutilia, et 1<sup>o</sup> quidem ex parte Dei; nam sunt indigna,  
quidem dignum habent haec decreta? Volo, ut, si viderem, illud se-  
queretur. 2<sup>o</sup> Ex parte objecti seu actus liberi; potest enim iste  
esse futurus ex solo, quod ponatur voluntas in circumstantiis  
favorabilibus, p. atque adeo absque hujusmodi decretis.

Resp. ad Arg. neg. min. ad ejus prob. neg. min. et ad ejus prob.  
incom. neg. ant. Decreta enim hujusmodi perantiqua sunt, ut por-  
ta in S. Scriptura expressa, nam Deus plurimis locis ejusdem S.  
Scripturae revelavit se multa facturum, si talis vel talis condi-  
tio poneretur, quae tamen de facto posita non est, ut quod  
non delentur sit Sodomam si in ea fuerint quinquaginta vel  
triginta viri justi gen. 18. Quod rivet hanc Sedecias, si eierit  
ad Regem Babylonis. et cetera quam plurima. Haec etiam re-  
vocari debet voluntas antecedens salvandi omnes homines.

Ad rationem adjectam Resp. praescientiam, fundatam  
scilicet in decreto generali, ut puta circa regimen universi, uti  
que latius patet ipsa praedestinatione strictius sumpta, scilicet  
pro electione sanctorum, aut effectu aliquo particulari.

Ad 2<sup>am</sup> Respondet S. Thomas 1. 2. q. 23. a. 1. ad 1. Deum non pra-  
destinare ea, quae sunt in nostro arbitrio, per modum necessitatis  
et impulsus coactivi. negant itaque SS. Patres solummodo pra-  
edestinationem per modum necessitatis et impulsus coactivi, non ve-  
ri eam, quae ita movet, ut relinquat potentiam ad oppositum.

Ad 3<sup>am</sup> Resp. Quomodo gratia operatur, ut bene docent Theo-  
logi in Trait. de gratia, non perimit libertatem, ita neque

8112

AB

Decretum efficiat, quos Deus taliter movere decrevit.

Ad 4<sup>am</sup> Patet solutio ex primâ resp. Et sane, quod Deus conditionata saltem disparata suo Decreto constituit futura, non potest in sufficienti fundamento negari; in quo enim, e.g. cognovit Deus, quod Iosus penitus devastaturus fuisset Syriam, si terram septies percussisset, nonne in sua dixerat voluntate? Gratia per huiusmodi decreta conditionata preparantur homini auxilia sufficientia, ac Deus eis utitur ad diversos fines providentia sua, ad ostensionem suae bonitatis ac iustitiae, p. Unde otiosa et inutilia minime dici debent.

Inst. actus voluntatis existenti in Deo correspondere debet proprium voluntatis objectum praesens saltem in esse objectivo; atqui Decreto conditionato non assignatur praesens voluntatis objectum. Ergo non est actu in Deo. Prob. min. Objectum voluntatis est bonum. Atqui objectum sub conditione futurum non est actu bonum, immo non sit actu existens. Ergo p.

Resp. neg. min. ad ejus prob. Dist. maj. Objectum voluntatis est bonum bonitate praesenti aut futura sive absolute sive conditionata, conc. maj. Est bonum bonitate praesenti praesens, neg. maj.

Arguitur 3<sup>o</sup> Effectus futurus non pendet à solo Deo, sed etiam ab ipso agente libero. Ergo quid agens liberum sit futurum sub conditione non hitur in Decreto divino, sed potius in ipsa determinatione agentis liberi.

Resp. neg. cons. vel Dist. cons. Nisi et ipsa determinatio agentis liberi penderet ab ipsissimo Decreto divino, conc. Secus, neg. cons.

Inst. 1<sup>o</sup> Ipsa causa secunda determinat Dei Decretum seu concursum ad esse ipsius futuri conditionati, immo sit indifferens tam ad ipsum quam ad ejus oppositum. Ergo Deus videt futurum conditionatum ante suum Decretum, hoc ipso, quia determinatur à causa secunda ad esse ipsius futuri conditionati.

Resp. neg. ant. cum sua probatione. Deus enim, quia est causa prima tam quoad esse quam quoad omne operari ipsius causa secunda, quae alius non operatur suos effectus nisi immo dependantia à Deo in causando, jam fieri nequit, ut illa ab hâc determinetur, immo alius hoc ipso causa prima amplius non est; in agentibus enim et motibus subordinatis inferioribus movetur à superiore, non vice versa. Deinde sequetur Deum, qui est principium omnis motus, non esse causam determinationis illius.

Inst. 2<sup>o</sup> Concursum Dei ad effectus agentis liberi vel est indifferens, vel non? Non secundum, quia Deus se habet aequaliter ad omnes effectus: si primum, ergo determinabitur ab agente libero, ut potius concurrat ad hoc quam ad alterum.

Resp. Concursum Dei ad effectus agentis liberi plane non esse indifferens, sed determinatum, non quidem ab ipsa determinatione causa secunda, sed ab ipsa determinatione divina voluntatis.

Inst. 3<sup>o</sup> Deus decrevit aequaliter concurrere ad omnes effectus

L. P. 113

causa secunda. Ergo concursus ejus est indifferens.

Resp. Dist. ant. Tanquam non infringendo libertatem humanam, conc. Tanquam permittendo se determinari a causa secunda, vel remittendo dependentiam causa secunda a se tanquam a causa prima, neg. ant.

Inferes. Ergo Deus non permetteret peccata. Prob. flat. Ille permittit peccata, qui non impediendo permittit se determinari ab ipso peccante. Ergo si Deus a causa secunda se determinari nunquam permittat, non permittet peccata.

Resp. neg. flat. ad ejus prob. neg. ant. respectu Dei; quia ipse in tantum permittit peccata, in quantum decernit denegare auxilia ad bene operandum ~~et~~ efficacia; unde non impediendo potius se ipsum determinat, quam ut determinetur ab ipso peccante.

2. 114

Arguitur 4. Si futura conditionata non cognoscantur ante decretum, tunc neque istud futurum: Antichristus erit. Atqui hoc istud futurum: Antichristus erit, cognoscitur ante decretum. Ergo. Prob. min. Tunc cognoscitur ante decretum, quoad hujus propositionis veritas ante decretum est conformis suo objecto. Atqui, p. Ergo p. Prob. min. Ideo post decretum haec propositio est conformis suo objecto, quia ipse in tempore subsequente correspondet determinata veritas hujus propositionis de inesse, Antichristus est. Atqui haec determinata veritas etiam ipse respondet ante omne decretum. Ergo p.

Resp. neg. min. ad ejus prob. neg. min. et ad hujus prob. neg. min. Sicut enim haec propositio: Antichristus erit, determinatam actualem veritatem non habet nisi supposito decreto, sic nec conditionata propositio de futuro.

Inst. Ex duabus propositionibus contradictoriis una est determinate vera et altera falsa ante omne decretum. Atqui Antichristus non erit determinate falsum est. Ergo Antichristus erit determinate verum est.

Resp. neg. maj. vel Dist. maj. Una est determinate vera, p. possibiliter, conc. actualiter, neg. maj. p.

Arguitur 5. Peccata sub conditione futura a Deo sunt, atqui illa non possunt praeseri in decreto praedeterminante, alioquin esset eorum causa. Ergo per scientiam mediam.

Resp. Sciri quantum ad formale per decretum permissivum, quantum vero ad materiale per decretum positivum.

Dices. Hoc etiam afferunt Calvinus et ejus discipulus Beza, ut docent Bellarminus et alii complures Doctores Catholici. Ergo p.

Resp. neg. ant. Quia hi Aetholici volunt Deum etiam concurrere ad formale peccati.

Inst. i. Non alia ratione peccati malitia homini attribuitur, nisi quia suo concursu materiale illius attingit. Ergo si Deus hoc praedeterminat, etiam concurrat ad illam.

Resp. neg. ant. Non enim Deo praeseri, sed quia attingit materiale operando difformiter ad regulas morum, atque adeo quatenus tale

materiale fundat ipsam malitiam. Deus autem minime hi conuenit.  
Iust. 2<sup>o</sup>. Ratione connexionis inter formale et materiale malitia,  
nequit Deus materiale materia consulere, quin in ipsum refundatur  
formale. Atqui praedeterminatio fortius mouet quam consilium.  
Ergo ratione connexionis utriusque non poterit unum praedeterminari,  
quin et alterum praedeterminetur.

Resp. Dist. min. Fortius mouet et cum eadem extensione, neg.  
cum minori extensione, conu. min. Consilium enim respicit ac-  
tum ut à voluntate humana hic et nunc exercendum cum omni-  
bus circumstantiis, quae ad illam conueniunt, sive ad lineam physi-  
cam, sive moralem spectantibus, unde non praesumit à malitia,  
si in eo aliqua reperiri valeat. At conuersus seu motus Dei praes-  
suasiva est eo modo, quo motus anima respectu pedis claudi ambu-  
lantis praesumit ab ipsa claudicatione, haec enim in illam tanquam in  
causam minime refunditur, sed solum in tibiam curuam. Verum de  
hoc argumento sequenti laetatione redibit questio.

Arguitur 6<sup>to</sup> Dei praesentia à Scriptura et Patribus ut admodum  
admirabilis celebratur. At si Deus futura praesiat in suo decreto,  
haec scientia mirabilis dici nequit; quid enim rationi magis obuium,  
quam cognoscere in voluntate, quod ipsa vult voluntas?

362.  
D. 115.  
Resp. Scientiam Dei ex eo mirabilem esse 1<sup>o</sup> quod omnia in ra-  
tionibus sua praesentia praesentat. 2<sup>o</sup> quod ea sibi praesentia  
physice intueatur absque eo, quod de eorum futuratione ut con-  
tingentia quidquam dematur.

Arguitur 7<sup>o</sup> Ad salvandam libertatem nostrorum actuum requiri-  
tur, ut praesentia Dei de his actibus sit à nobis impedibilis. Atqui  
hujusmodi Scientia à nobis impedibilis est sola Scientia media. Ergo  
prob. maj. Ab illo Scientia debet esse impedibilis, à quo objectum  
Scientia est impedibile; objectum enim est terminativum Scientia.  
Atqui objectum Scientia, nimirum actus liber, debet à nobis esse im-  
pedibile, ut ex fide constat. Ergo p.

Resp. 1<sup>o</sup> Trans. maj. et neg. min. Saltem in sententia Congruistarum,  
eo quod auxilia congrua, quae sunt causa consensus non pendent à  
voluntate humana, ac proinde ab ea impediri laud valeant.

Resp. 2<sup>o</sup> Neg. maj. ad eus prob. Dist. maj. Ab illo Scientia debet  
esse impedibilis, à quo tanquam ab agente primo objectum est im-  
pedibile, conu. tanquam ab agente secundo, neg. maj. p. Sicut  
enim praedeterminatio et decretum divinum, cuius illa est execu-  
tiva, non debent à nobis impedibilia esse; quia non sunt in nos-  
tra potestate; ita pariter Scientia fundata in hujusmodi decreto,  
unde sufficit, quod illa faciat, quod actus nostri sunt in nostra po-  
testate, ac consequenter liberi.

#### §. IV.

Declaratio utriusque hanc  
sententiam.

138.  
Latendum ultro videtur, neutram binarum harum sententia-  
rum per argumenta huiusque in utramque partem ventilata

14

à sua probabilitate rejectam esse. Et sane si res aequa rationis  
certitudinē et auctoritatem examinetur, non obscure colligitur tes-  
timonium tum ex S. Scriptura tum ex S. Augustino adversus Scien-  
tiam mediam prolatam, nec habere eadem derogatum esse, saltem  
in sensu illorum Theologorum, qui gratiam congruam adsternunt.

Negari tamen non potest, S. Augustinum ad conciliandam  
libertatem cum gratia magnum eam fuisse unum, sed semper re-  
currere ad omnipotentissimam Dei potestatem; nec profecto  
id diffidentur memorati Theologi gratia congrua patroni, sed  
solummodo inquirunt ac sine cupiunt, in quō ergo sita sit  
omnipotentissima illa potestas et Summa divina voluntatis  
efficacia: neque enim, inquit, consistit in eo, quod Deus possit  
per quodlibet medium facere non modo ut velimus, sed etiam ut libe-  
re velimus. Diximus ergo, ajunt ulterius, illam in duobus consis-  
tere: videlicet in Scientiā, quā absolutā infallibilitate novit me-  
dia de se repudiabilia, sub quorum tamen conditione actus nos-  
tri sunt futuribiles; et in potentia illorum inimpedibiliter exe-  
cutivā. Hoc ipso enim, quod Deus absolutā infallibilitate novit  
media de se repudiabilia, quae tamen, si adhibeantur, volun-  
tatem ad volendum permutata sunt, nec aliunde ab usō à talium  
mediorum executione retardari potest, statim intelligitur ha-  
bere omnipotentissimam potestatem in voluntates nostras atque  
in liberos eorumdem consensum.

Quod si quis dicat, modum conciliandi libertatem cum gratia,  
teste S. Augustino esse difficilem, istum verō Scientia media mo-  
dum esse facilem: respondent, modum conciliandi duo fidei  
dogmata inter se pro aliquo tempore minus explicatum et ev-  
olutum, prout eque intellectu difficiliorem posse pro alio tem-  
pore subsequenti à Doctoribus Catholicis ob urgentem aliquam  
necessitatem, et ad confutandam aliquam heresim, magis ex-  
plicari et evolvi, et sic captu faciliorem reddi. p.

4. Col. p. 116

Diximus Scientiam mediam in sensu Theologorum illorum,  
qui admittunt gratiam congruam non adversari S. Scripturam,  
aut S. Augustini veritati; Nam Scientia media sub conditione  
gratia versatilis et indifferentis videtur pugnare contra S. Scrip-  
turam de S. Augustini doctrinam, ut facile colligitur ex tex-  
tibus tum S. Scripturae tum S. Augustini Sup. S. 2. adductis;  
pugnare etiam videtur contra rationem; enimvero fuit  
gratiam peripsam voluntatis, tollit ab eā rationem deter-  
minationis, et tollit liberum arbitrium fœmē Pelagianorum aut  
saltem Semipelagianorum more, necnon e mediō tollere videtur  
omnem gratuitam electorum à reprobis diversionem; et idē  
ab omnibus fœmē velut improbabili, aut saltem minus probabi-  
lis rejectur.

Inanis autem Scientia media sub conditione gratia con-  
grua auctoritati S. Scripturae et S. Augustini adversa probari haud  
sufficiens potest, necnon hāc admodum firmā probabilitate  
viri videatur; non tamen tantam illius esse certitudinem

6  
24  
arbitramur, ut, quod olim celebris quidam nobisque amicissimus  
congruista de se ipso audacter asserbat, pro illius defensione ulterius  
martyrium subire tuto quis possit; quin contra per multi etiam  
num extra Scholam Thomisticam inveniuntur celebres Theologi,  
qui contrariam sententiam, et quia ipsa Scientia hoc media impugna-  
tur probabilior esse autumant; tum quia S. Litteris ac S. Augus-  
tini doctrina majorem posse esse videtur conformitatem, tum  
quia ejus argumenta validiora ipsis videntur, quam sint illius  
opinionis, qua hanc Scientiam mediam propegrat, inter que  
eminet Argumentum 10<sup>um</sup> sup. S. 2. n. 133. adductum, et quo  
satis efficaciter probari videtur inutilem esse Scientiam mediam  
ad dirigendum Deum in suis decretis formandis. Verum opera  
postum arbitramur illud ut et subsequens argumentum, 11<sup>um</sup>  
nempe, ib. n. 134. hic paulo amplius expendere.

139. Sicut itaque hi Theologi, Scientiam mediam tum ad concilia-  
dam libertatem humanam cum gratia, tum ad dirigendum Deum  
in suis decretis inutilem esse censei posse, quia hoc duo munia  
pro priori sibi appropriat Scientia simplicis intelligentia, pro  
ut fundata in rationibus divina providentia hu in ipso decreto,  
quo Deus determinavit ordinem in hujus universi administratione  
servandum. ad hujus intelligentiam sequentem quorum-  
dam divinorum decretorum ordinem presenti proposito levi-  
entium adducere solent.

1<sup>o</sup> Itaque Deus per suam Scientiam simplicis intelligentia infi-  
nitos prope modum rerum ordines, quas statueret possit, intuetur.  
2<sup>o</sup> Inter illos, varios ac possibiles, hunc decernit ordinem; quod  
v.g. velit Angelos et Homines in finem supernaturalem evadere,  
quod velit permittere, ut quidam a fine debito devient, alii vero  
eum consequantur; quod velit quemcumque movere secundum su-  
am exigentiam ac dispositionem, et ideo statuit unique largiri  
sua virtutem ac modum agendi, necnon distribuere dona natu-  
ralia, attamen secundum sua voluntatis consilium, uni sic et  
alteri sic. Preparat insuper omnibus sufficientis saltem gratia  
auxilia. Porro hoc decretum circa Universi ordinem nunquam  
solet Rationes divina providentia. 3<sup>o</sup> Circa particulares  
effectus istius providentia, quam sibi Deus pro aliis elegit, videt  
multos possibiles naturaliter, alios vero possibiles libere in his et istis  
circumstantiis, cum his et istis mediis, p. Dicimus alios effe-  
tus possibiles libere; nam nihil est futurum aut existens in re-  
rum natura, nisi eo modo, quo erat possibile, ut videtur certum  
ex terminis; actus enim supponit potentiam. Unde priusquam  
Deus circa aliquem actum liberum in istis circumstantiis libetis  
mediis quidquam decernat, oportet, ut pro priori cum in iisdem  
circumstantiis, cum iisdem mediis ut possibiliter liberum pro-  
derit.

Jam vero, inquirunt, Deus per hanc Scientiam simplicis intelli-  
gentia ut inclusam in decreto hujus sua providentia videt volun-  
tatem liberam quoad omnes suos finis et respectus, quoad omnem  
sua virtutem et modum agendi quam liberissimum, item quo

5  
117

ad omnes suos actus cum suo consensu quam liberrime concessos in his et  
istis circumstantiis, cum talibus et talibus mediis produci-  
bilibes in re-  
rum natura. Præterea videt infinita media, quibus volunta-  
tem ad consensum pertrahere potest, et quidem inter ea media  
quædam videt inefficacia, quædam vero ita efficacia, ut dicere  
possit: video istum actum, v.g. amorem Petri, in istis circumstan-  
tiis et cum istis mediis ad eum efficacibus ita possibilem, ut alius actus  
ipsi oppositus, licet absolute quidem sit possibilis; quia ita media  
à Deo sic attenuantur voluntati humanæ, ut eius libertatem non  
perimant: | attamen moraliter impossibilem, seu sufficienter tantum  
et inefficaciter possibilem sit. Ista omnia, inquam, videt Deus per  
Scientiam simplicis intelligentiæ, quia per eam comprehendit  
suam omnipotentiam, in quâ hæc omnia eminenter continen-  
tur.

Ex quo jam deducitur 1<sup>o</sup> quod ad hoc, ut effectus liberi sint futuri  
æxistentes in tempore, plus non requiratur, quam ut Deus dicat:  
Volens hunc actum, v.g. amorem Petri, futurum eo modo, sicut in  
istis circumstantiis, ac cum istis mediis, quibus in statu possibili-  
tatis per Scientiam simplicis intelligentiæ prævidi cum libere,  
sed tamen efficaciter conjungibilem cum suo consensu.

Deducitur 2<sup>o</sup> quod Deus in Decernendo non præjudicet liber-  
tati, neque efficacia Divina voluntatis causis liberis neces-  
sitate imponat; eò quod Deus non Decernat aut præde-  
finiat, nisi præ priori per Scientiam simplicis intelligen-  
tiæ noverit omnia media, quibus suaviter, fortiter, ac  
efficaciter alii potest voluntas humana ad consentien-  
dum.

Deducitur 3<sup>o</sup> quæ Sapientissime Deus sua provi-  
dentiâ Decernere, Statuere, regere, ac gubernare va-  
leat totum hunc universum mundum; eò quod per præ-  
dictam Scientiam simplicis intelligentiæ cognoscat  
omnes motus et effectus cujuscunque agentis, in quibuscum-  
que circumstantiis ac mediis, juxta ejus naturam et appe-  
titum.

Deducitur 4<sup>o</sup> quod hæc sententia sit perfecte confor-  
mis doctrinæ S. Augustini, qui ad conciliandam libertatem  
cum efficacia Divina voluntatis semper refugit ad Omnipotentiam  
Divinam, seu ad Scientiam simplicis intelligentiæ, hæc enim Deus  
fertur ad omnia possiblem, quemadmodum  
et Omnipotentia sua ad omnia terminatur, quæ sunt pro-  
ducibilia seu possiblem. Unde idem est Objectum Om-  
nipotentia Divina ac Scientia simplicis intelligentiæ.

Deducitur tandem 5<sup>o</sup> Scientiam mediæ tum ad concili-  
andam libertatem humanam cum gratiâ aut efficacia  
Divina voluntatis, tum ad dirigendum Deum in suis de-  
cretis esse inutilem, eò quod hæc duo officia sibi appo-

6. Col.  
10118



prout Scientia simplicis intelligentia, praesertim si consideretur ut inclusa in certis rationibus divinae providentiae.

140. Dices 1<sup>o</sup> Scientia simplicis intelligentia solummodo versatur circa res naturales ac necessarias. Ergo non attingit res liberas et contingentes.

Resp. neg. ant. Nam de pluribus generis sunt possibilis, alia in materia necessaria, alia in materia contingenti, qualis fuit conversio Juda; diogenem haec non fuisse possibilem, quod est contra fidem. Bonis conditionata non desunt esse possibilis, licet a conditione contingenti pendant, quia conditio illa est veri possibilis. Ceterum possibile id est necessarium dicitur, quia necessario est possibile, seu quia non potest non esse objectum Omnipotentiae divinae, non vero quod in se necessarium sit, quoniam modum Entium alia sunt necessaria et alia libera, ita et possibilium.

Dices 2<sup>o</sup> Scientia simplicis intelligentia non intelliguntur futura, sed tantum possibilis. Ergo.

Resp. 1<sup>o</sup> Dist. ant. Non intelliguntur futura futuratione actuali, concl. futuratione possibili, neg. ant. Cum enim Scientia simplicis intelligentia se extendat ad omnia possibilis, necesse est, ut etiam se extendat ad futura quae possibilis.

Resp. 2<sup>o</sup> Paulò aliter dist. ant. Scientia simplicis intelligentia non intelliguntur futura, quorum conditio aliquando adimplenda est, concl. quia huiusmodi conditionata transeunt in absoluta, et consequenter per Scientiam visionis attinguntur. Non cognoscuntur futura, quorum conditio nunquam adimplenda est, neg. ant. nam tunc eo modo se habet res futura quae conditio, ut ipsa habet: cum igitur conditio haec sit tantum possibilis, sequitur, quod et ipsa res possibiliter deinceps futura sit. Unde S. Augustinus huiusmodi futura vocat non futura lib. de praed. ss. c. 12. et 13. Quae tamen quod futurum est respectu praesentis aut praeteriti dicitur futurum, sed nullius praesentis aut praeteriti respectu futura dici possunt futura conditionata; igitur non potius dicenda sunt futura, quam praeterita aut praesentia.

141. Ceterum hic duo animadvertenda sunt. primum est, quod, si admittenda foret Scientia media, non tamen talis ea esset, inquam, qualem statuit illius patroni, scilicet quae sit ante omnia decretum absolutum ex parte actus: nam 1<sup>o</sup> impossibile est, ut Deus exploret, quid in hac serie rerum, in istis et istis circumstantiis futurum esse liberum arbitrium, nisi proprio Deo quendam ordinem constituerit, iuxta quem velit gubernare universum, adeoque haec Scientia explorativa necessario est inclusa in praefatis rationibus divinae providentiae, seu in ipso decreto, quo Deus determinavit ordinem in huius Universi administratione servandum. 2<sup>o</sup> Quae Scientia media subest, debet esse attenuata generis, complexionis, dispositionis, voluntatis: sed hoc omnis hypotesis decretum absolutum ex parte actus, scilicet quod Deus ~~est~~ isti et illi prius dederit hoc genium, hoc temperamentum,

hanc flexibilitatem, p. ut si suis mentibus congrua audiant, fa-  
cile moveantur, prout de Tyrus, p. ca 8. Augustinus demon-  
strare conatur Scientia media propugnatores. Ex quo satis  
apparet Scientiam mediam, si daretur, inuiti debere duplici  
decreto, quod tamen non admittunt illius defensores et patroni.

Alterum, quod Scientia media impugnatores animadvertunt,  
est, quod Sententia, ut ajunt, Thomistica potissimum hac ra-  
tione Scientia media propugnatoribus displiceat, quod hi arbi-  
trantur eam inuiti deusis ea parte objecti conditionatis, qua  
ipsis videntur otiosa, inutilia, ac Deo indigna.

At licendum, hujusmodi decreta à veris Thomistis non defen-  
di, qualis hypponunt, describunt, ac impugnant ipsorum adver-  
sari. Haec quidem jam supra aliqua modo tetigimus, sed juvat  
modo plenius rem explicare.

Itaque decreta conditionata, qualia admittunt Thomista, non  
sunt concipienda et separata ab absolutis seu à rationibus divina  
providentia, sed et in eis contenta. Nam, ò in Deo unice et  
simplex est libera determinatio circa totam creaturarum col-  
lectionem. Et satis est; quia illa determinatio est perfectior,  
que unice actu perficitur, quam que pluribus. 2<sup>o</sup> Haec  
simplex determinatio, prout variè comparatur ad objecta, su-  
bit rationem decreti tum absoluti, tum conditionati; tum vo-  
litionis, tum volitionis. Ratis est; quia quò causa altior,  
eò plura sub una ratione comprehendit: cum igitur voluntas  
Dei sit altissima, sic per unam volendi rationem omnia deter-  
minare debet.

Neque dicas, à Theologis plura et varia decretorum genera dis-  
tingui, conditionata videlicet et absoluta, antecedentia et  
consequentia, volitionis ac volitionis, et prout etiam ut  
talia à Thomistis admitti debere. Nam contra est, quod  
etiam iidem Theologi varia Scientia divina adstruere soleant  
genera, qui tamen unanimiter fatentur in Deo unice omni-  
no ac simplicissimam esse Scientiam, solummodo in concep-  
tibus nostris, et quoad connotata diversam: Ita similiter  
in Deo est unice voluntatis determinatio, virtute tamen, et  
secundum connotata multiplex, nam vi illius aliud esse deter-  
minatur ad esse absolutè, aliud ad esse sub conditione, aliud  
ad non esse; hinc, prout variè comparatur ad connotata,  
dicitur volitio aut volitio, conditionata aut absoluta.

Itaque 3<sup>o</sup> Deus unam certam se se ad extra communi-  
candi rationem et mente concepit, et ut huc bonitati con-  
venientem voluntate elegit, qua distinctè omnem creatu-  
rarum collectionem complectitur, omnesque hypotheses  
possibiles. Et hac ratione et ordine videt Deus quid absolutè,  
et quid conditionatè futurum sit. Unde 4<sup>o</sup> Existi-  
mandum non est Deum, ut constitueret ac videret futura  
conditionata opus habere aliquà speciali determinatione, qua

dicit v.g. Volo, ut si predicetur Evangelium Tyris, ipsi convertan-  
 tur; sed sufficit, si ad rationes sua providentia, quae universum  
 hunc mundum regere decessit, attendat; ibi enim videt eorum  
 conditionatam conversionem. Praestat id quodam declarare  
 exemplo: v.g. Architectus in ipsa domus idea, quam eaque  
 dam voluntate decessit, videt absolute hunc lapidem huius loco,  
 e.g. angulo destinatum talem figuram sortiturum, scilicet  
 angularem, quam tamen sortitus non fuisset, si in alio loco  
 e.g. in frontispicio collocatus fuisset; neque ad id opus est spe-  
 ciali determinatione, quae dicit: Volo, ut iste lapis, si in isto  
 loco collocetur, talem habeat figuram; quis enim non videt  
 hanc volitionem esse otiosam: sed sufficit, quod sapienter de-  
 ceverit tali ratione disponendam domum; sic enim in hoc  
 decessu videtur qualis futura sit unaquaque pars in suo loco,  
 et conditionate qualis fuisset, si in alio loco collocata fuisset;  
 et hoc totum in sua mente ac idea, quae vult disponere et  
 construere domum, quae dispositio, licet absoluta sit, at-  
 tamen induit rationem conditionata respectu objecti alio  
 modo considerati. Sic supremus rerum omnium Artifex  
 circa totum suum creabile certam dispositionem sua bonitati  
 convenientem libere determinavit, quae, tametsi in se sit ab-  
 soluta, habet tamen rationem etiam conditionata ad objec-  
 ta alio modo spectata. Unde in ea certo videtur non modo  
 quod absolute futurum sit, sed etiam quid in aliqua hypothe-  
 si fieret. Id colligitur ex Genes. c. 18. Ubi Deus Abrahamo  
 praedixit absolute futuram Sodoma subversionem; tum qua-  
 rit ille, an etiam delenda foret, si saltem viginti aut de-  
 cem in ea iusti essent? respondet Deus, in hac hypothesis non  
 fore delendam, respiciens scilicet non ad otiosum quoddam condi-  
 tionatum decessum, quae fingitur et oppugnatur a scientia media  
 patris, quae sic stabiliret: Nolo parere Sodomitis, volo tamen,  
 ut, si essent in ea vobis decem iusti, illa non periret. Sed respici-  
 ens ad illam eminentem sua providentia rationem, secundum quam  
 et illa vobis absolute delenda erat, quod in ea tamen pauci iusti hanc  
 invenirentur; et tamen delenda non erat, si plures in ipsa ibidem  
 fuissent. Id ipsum in omnibus aliis hypothesis locum habet, v.g.  
 in hypothesis Tyriorum conversione: nam Deus respiciens ad  
 eminentem illam sua providentia rationem, quae exigit, ut minus  
 obduratis minusque obcecatis, si signa viderint, eisque predicetur  
 Evangelium, conferatur gratia fidei, hoc ipso videtur Tyriorum con-  
 versionem conditionate futuram. Eiusmodi ut ait S. Augusti-  
 nus, non erant sic encorati oculi, nec induratum cor Tyriorum  
 ac Sydoniorum, quoniam crediderunt, si, qualia videntur isti, signa  
 viderunt. Et sic de aliis loquendum, p.

8  
170